AZ.
1

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
D
27
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

JACOBI BORNITI
J. U. D.
DE
NUMMIS
In Repub. percutiendis
& conſervandis
LIBRI DUO.
Ex Syſtemate politico deprompti.

Domus Prof: Neap: Soc: Jesu



HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium
& heredes Ioannis Aubrii.
MDC VIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. RUDOLPHO II.

ROMANORUM IMPERATORI PERP. AUG.

REGIQ.

HUNGARIÆ, BOHEMIÆ &c.

PATRI PATRIÆ,

Necnon

SEPTEMVIRIS ET

ELECTORIBVS

S. R. IMP. COL.

COETERISQ. PRINCIPIBUS

ECCLESIAST: ET POLITIC.

Tum

CIVITATIBUS

QVI QVÆQ. JVRE MONETALI GAVDENT.

HÆC DE NVMMIS MEDITAMENTA

PUBLICIS ET INSIGNIBUS

MAJESTATIS, PRINCIPATUUM, ET REGALIUM SIGNIS ET MONUMENTIS,

IN SYMBOLUM ET TESSERAM

HVMILLIMI OBSEQVII, SERVITII, ET ADFECTVS

D. D. D.

AUTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Lectorem benevolum
PRÆFATIO.

EST ſanè indubium, Amice Lector, quàm optimè de univerſis & ſingulis civibus mereri eos, qui ſtudiis ſalutem Reipub. promoventibus invigilant, & meditamenta ſalutaria uſui communi litteris produnt. Quos vanam gloriolam aucupari nō præſumtio eſt, cum illorum labores publicum bonum, privato commodo longè poſthabito, quæritent & conſequantur. Quorum in numero ſunt quàm plurimi, qui lucubrationibus luculentiſſimis teſtimonium ſui animi edidêre, Jus privatum excolentes, puta, de Obligationibus & Contractibus, de Sponſalibus & Matrimonio, de Dote, de Tutoribus & Curatoribus, de Delictis, de Pœnis, de Poſſeſſione & rerum dominio, de Præſcriptionibus, de Donationibus, de Legatis, de Servitutibus, de Teſtamentis, de Succeſſionibus, de Actionibus, Exceptionibus &c. Adeò ut nulla Juris Civilis & privati materia ſupereſſe videatur, quæ ulteriorem culturam, declarationem & interpretationē deſideret. Sylvas enim ſcriptorum Juridicorum ortas

Digitized by Google

videas, & ſubindè ſuboriri. Tanta eſt ingenii & artificii humani hoc ævo luxuria, quod indies incrementũ recipit, ut JCtus ait. Pauciores verò reperias, qui Jus publicum ſibi propoſuerint indagandum & declarandum, forte quod quibuſdam Juris publici ubiq; & ſemper æqua ac privati ratio eſſe videatur; cum tamen Jus privatum vitam ſingulorum hominum moderetur, demonſtrando regulas, juxta quas cuique juſtè vivere competat, quod ſi ſecus, controverſias privatas definiendo, quodcuiq; tribuendum decidendo, damnãdo vel abſolvendo: At Jus publicum ſtatum Reip. cauſasq; publicas non ex legibus ortas privatorum, adeoq; arcana Reip. complectatur, atq; tueatur. Alii Jus publicum negligere videntur, quod idem à Juſtiniano Imp. leviter attingatur. Alios fortean difficultas & ſublimitas hujus ſtudii deterreat: vel deniq; quod exinde parum lucelli expectetur. Cum pleroſq; videas quæſtus causâ Jus privatum ſectari, & ſæpè in foro uſum lucroſæ & ſanguinantis Iurisprudentiæ venditare, maximo cum detrimento litigantium, & dedecore ſanctiſſimæ Juris ſcientiæ, quæ precio nummario non æſtimanda. Ne dicam, eos ſæpenumero cum animi naufragio Iure abuti. Quæ cauſæ leviculæ, ob quas ſtudium politicum vel nihili vel vili pendunt, atq; optimos etiã labores prudentium politicorum carpere, famamq; digniſſimam ſugillare ſolent, adverſus quos ne hilum muſſi-

muſsitare licet, quin Iovem ad iracundiam irrites.
Quibus ad Remp. attuliſſe ſatis eſt.

Si iuxta patrios mores decidere caſum
Norint, & priva quærere lite lucrum.

Quod quidem ſumme neceſſarium. Quin & turpe patricio & nobili, *ut JCtus ait*, cauſas oranti Jus ignorare iſtius loci, in quo verſatur. *Reip. tamen non ſufficiens, quæ pacis & belli artibus & ſtudio Juris inprimis publici continetur. Itaq. in propatulo eſt, practico homini juris privati tractationem, cujus terminus pax privata, ſatis eſſe poſſe. At viro politico utriusque ſtudium incumbere, cui ſalus populi univerſi ante omnia, & ſingulorum poſtmodum ſuprema lex eſt. Etenim juris publici ignarus, quomodo negocia religionis tractabit? quomodo diſsidia de articulis fidei controverſis pace publica, ad ſalutem publicam componet? Quid de legibus ferendis, abrogandis, de caſibus novis, & dubiis decidendis, & auctoritate principali confirmandis, de Magiſtratibus & Imperiis, de legationibus & legatis, de tributis indicendis, colligendis, expendendis, de Comitiis & conventibus publicis habendis, de ſupremis tribunalibus viſitandis, reformandis, de ſtatibus & arcanis rerumpub. de pactis regni & principatus fundamentalibus ſucceſſoriis*

Digitized by Google

& privilegiis, de interregnis, electionibus & ſucceſſionibus Principum, de liberorum educatione, Principũ & Nobilitatis, de ingeniis & moribus populorum, impotentiâ & viribus, de fœderibus Principum & populorum, de conſiliis & conatibus eorundem, de bello indicendo, gerendo, finiendo, de morbis publicis cognoſcendis, profligandis, mitigandis &c. & ut ſummatim dicam, de Rep. fundanda, conſervanda, amplificãda, mutanda, tuenda æſtimaverit, is qui harum rerũ planè imperitus? in quibus tamen ſalus populi ſita eſt. Proptereà conſilio meorum præceptorum, uſuq; edoctus, utrumque homini politico neceſſarium eſſe ſtatui, cum ab utroq; incolumitas univerſorum & ſingulorũ civium dependeat. Utriusque ſtudium pro tenuitate mei ingenii, amore Reip. quâ nihil mihi antiquius unquam, ſecutus, ſed nondum conſecutus ſum. Quis enim ambitũ tàm ampliſsimi & vaſti Oceani decurret? In medio tutiſsimus ibit. Quâ de cauſa ſtudio privati Iuris partem publici conjungere volui, argumentis quibuſdam ſelectis, quibus ingenium exercerem, & aliquando uſui publico conferrem, nimirum de Majeſtate politica, ejusq; functionibus, quâ cujusq; Reipubl. ſtatus fundatur & conſervatur, tum Regalibus, Reſervatis & Privilegiis Principum, quorum rationẽ longè differentem eſſe à Majeſtatis Iure obſervavi: de legibus & pactis ſtatuum fundamentalibus, quæ cum privile-

Digitized by Google

privilegiis conceſſis ſine ſtatus læſione confundi non poſſunt, nec æquiparari aut diminui: de Ærario publico civili & militari conficiendo, adeoq; de expenſis & rationibus publicis, de Præmiis publicis decernendis, de rerum ſufficientiâ & copiâ, adeoq; populi & virium incremento procurando, de nummis in rep. percutiendis, aſſumendis, conſervandis: aliisquè thematibus politicis. Quæ quidem publica privatæ tantum exercitationis ſtudio & modo pertractavi, ex hiſtoriis & inſtitutis rerump. undiquaq; congeſtis, quæ cuiq; ſubjecto propria & congrua viſa: quorũ præcognitione inſtructus, uſui publico aliquando collocare poſſem: Nec decreveram unquam hæc prægymnaſmata in lucem prodere [quippe me meo pede metiar, & ob ingenii, ætatis & experientiæ defectum hiſce exercitiis magnum defectum ineſſe arbitror] niſi virorum nobilium & prudentium amor & auctoritas me eo flexiſſet, ut ſaltem velitationis & primitiarum loco hanc exercitationem politicam De Nvmmis *præmitterem. Non autem dubium eſt, plurimos fore [ecquod enim judicium præjudiciis non obnoxium?] qui me rem actam egiſſe autumabunt, aut non ſatis abſolutam. De re nummariâ Budæum, L. Bortium, I. Camerarium, Fr. Hotomannum & alios viros præclaros doctè & dignè egeſſe certum eſt: alio tamen modo & fine me* De Nvmmis *hæc præſentia congeſſiſſe facile intelliget is, qui hãc*

exercitationem perlegerit, aut ſaltem ex frontiſpicio colliget, Hiſtoricum nummos Hebræorum, Græcorum, Romanorum, Germanorum, Turcarum &c. filo hiſtorico enarrare: Politicum nummorum naturam & rationẽ conſiderare, quomodo in rep. percutiendi, percuſſi conſeruandi, mutandi &c. ut eorum adminiculo & ſufficientia ſaluti reip. & commerciorum frequentiæ conſulatur, ſine quorum uſu Reſp. nulla eſt. Alio deinde modo leges latas nummarias ICtum interpretari, & ad vſum transferre cauſis nummariis ex negociatione obortis. Quo diſcrimine an cæteri de re nummaria ſcripta ſua reliquerint, judicio aliorum ſubjicio. Mihi politicam rationem præ cæteris elegiſſe adhibitum eſt.

Ne verò præter ingenii vires & rei fidem opus aggreſſus videar, ſciendum eſt, me omnia, quæ hîc traduntur, ex ratione ciuili, tum hiſtoriâ veterum & recentium Rerump. earumq́ inſtitutis & legibus, inprimis verò ex jure Ciuili, decretis Imperii Romano Germanici, ordinationibus regnorum Galliæ & Hiſpaniæ &c. documenta ad hanc rem pertinentia deduxiſſe. Qua in re nemo bonus & prudens temeritatis me inſimulabit, me quaſi abſque principiis, quæ vulgò in Experientiâ tantum & praxi collocantur, hîc agere, cum leges nummariæ rationes & fundamenta conſtituendi præcepta nummaria ſuppeditent. Nec video, quomodò quis

in

Digitized by Google

in deliberationibus nummariis aliquid conſilii depromere queat, niſi generali nummorum doctrina inſtructus, cujus ductu ſuæ reipubl. prudenter conſulere queat. Eſt enim theoria in quavis diſciplina neceſſaria, & quæ ordine praxin antecedere debet, nec ulla praxis perfecta, quæ non perfecta theoria innitatur: Ridiculum ſane eſt, rem profiteri velle, quàm quis ante non didicerit. Quomodo enim docere poterũt, quod ipſi non didicerunt. Iſidor. lib. 3. cap. 5. de ſummo bono. Syrac. 18. verſ. 19. Quicquid homines pragmatici dicant, theoriam omnem aſpernantes, at praxin evehentes tantum. Quid quod ἀδυνάτων quem aliquot annorum ſpacio experiri poſſe omnia, cum dies negotia hæc frequentius, illa rarius, aut rariſsimè ſuggerat. Univerſa tamen & ſingula præceptis theoricis collecta cuivis conſtent, & moderamine prudentiæ reipubl. cuique accommodentur.

Rem & difficilem & prægrandem me cœpiſſe non inficior, ad cujus conſummationem non tantum prædictis principiis, verum etiam exoticis opus fuit: Haud tamen novam & inſolentem. De hac materiâ Platoni, Ariſtoteli, & aliis agere non abſonum viſum fuit: Verum ut verum fatear, materiam aliunde petii, methodum & induſtriam, ſi qua eſt, meam eſſe liquet, quâ mihi & amicis (haud tamen piloſis & hypercriticis) prodeſſe ſtudui. Ego enim ex eorum numero (ut verbis

Auguſtini utar Epiſtol.17.tom.2.) me eſſe profiteor, qui ſcribunt proficiendo, & ſcribendo proficiunt. Nec puto, argumentum tale eſſe, quod potius Experientia vnius forte hominis, quàm ratione civili fundetur, Hiſtoriâ Rerumpub. & autoritate Politicorum confirmetur: ſiquidem civilia theoremata inprimis ex perfectioribus Rebuſp. qualis Romana & aliæ eandem imitatæ fuêre, derivari oporteat, ex quarum LL. & inſtitutis hæc principia lectione diuturnâ excerpere & ordine quodam congerere volui, veſtigiis aliorum Politicorum inſiſtendo. Nam ut Livius 4.dec.5.ait: Eum qui ſua vnius ſententiâ omnia gerit, ſuperbũ magis judico, quàm ſapientem. *Propterea ſi quid forte aliqua in parte erroneum videatur, potius illis doctoribus, quàm mihi imputandum fuerit: non dubito tamen, me aliquanta attigiſſe, ab vſu publico non aliena.*

Partior autem hunc tractatum in duos libros, quorum primus de conſtitutione Nummorum, ideſt, de fabricatione & Aſſumtione eorum: Alter de conſervatione, auctione, mutatione & ſublatione aget: quibus partibus totam Nummorum doctrinã politicam, & Reip. neceſſariam pertexi arbitror, cum primitus nummos conſtituere, poſtmodum eoſdem conſervare, præterea augere, denique interdum mutare, aut tollere, ſummopere in Rep. neceſſarium ſit. Methodum & ſeriem tabula ſubjecta monſtrat, quam cõſulto in partibus

tibus quibuſdam libri ſecundi coartare & mutare volui.

Hiſce interim utere Lector, donec & profectior theoria & praxis perfectiora dabunt: Penſita modo, me publico bono & tibi favere & gratificari velle. Erratis in re difficili per ſe humanitas veniam apud humanos conciliabit.

In rebus magnis & voluiſſe ſat eſt: Et
Omnibus in magnis difficile eſt placeas.

Vale bone Lector. Ex Muſæo noſtro Torgæ die 2: Jan. Anno 1608.

SEQVITUR

TABVLA SYNOPTICA

SVMMAM REI NVMMARIÆ

repræſentans.

Digitized by Google

Nummorum I. Conſtitutio. II. Conſervatio. III. Auctio. IV. Curatio.

- I. Conſtituitur *Nummus in Repub: vel cum*
  - I. *Fabricatur*
    - *Verus, perfectus & ordinarius, cujus*
      - *Eſſe natura & differẽtia deducitur ex*
        - *Definitione per*
          - *Cauſas*
            - *Externas*
            - *Internas.*
          - *Adjunctas Qualitates*
        - *Diſtributione per*
          - *Sectiones in partes*
          - *Species proportione metallis, i.e. ex*
      - *Ars fabricandi dependet à*
        - *1. modo*
          - *præparandi*
          - *efformandi*
        - *2. munere monetariorum*
        - *3. publicis officinis.*
    - *Quaſi & imperfectus extra ordinem, qui verum imitatur*
      - *Materia extraordinaria*
        - *ferro*
        - *ſtanno*
        - *plumbo*
        - *corio,*
        - *papyro*
        - *&c.*
      - *Forma inperfectiori, deficiente*
        - *pondere*
        - *ſigno*
  - II. *Aſſumitur fabricatus Anteceſſorum Principum Exterorum*

Efficiens
Finis.

Materia cujus
1. Species
Simplex
pretioſa
aurum
argentum. Utriusq; proportio.
minus pretioſa Æs.
Mixta, æris argentivé additamento, cujus
Cauſa
Gradus ſive modus miſcẽdi, i.e. Liga.
2. parandæ modi
natura
ars.

Forma qua in
Pondere
Charactere juſto & legitimo.
Æſtimio.

Magnitudo
Figura
Nomen
Numerus
Annus

minutiores
minutiſſimas.
convenienti diverſis auro & argento, tum ære.

Hinc ratione materiæ & formæ partium ſpecierumq; atq; proportionis, nummi probitas
intrinſeca
extrinſeca
auctoritas.

materiam
id eſt
1. fuſione
2. percuſſione
3. impreſſione.

Digitized by Google

II. Conſervantur *Nummi cum*

- *Sarta tecti &*
  - *Quod fit*
    - 1. *legibus num̄mariis quibus cohærent*
      - *pœna*
      - *præmia.*
    - 2. *magiſtratibus nummariis.*
- *Intra fines deſtinatos ſervantur.*
  - 3. *legum executione per*
    - *conſultationes & viſitationes nummarias ſive examina ſtat.*
    - *judicia nummaria*
    - *coërcitione delinquentium.*

III. Augentur *Nummi in Rep.*

- *Fabricatione frequenti, cui inſervit ſtudium & cultura metallifodinarum*
  - *veterum*
  - *novarum.*
- *Importatione peregrinorum ſive exoticorum cui cauſam præbet*
  - *Commerciorum frequentatio & nundinæ ſive mercatura.*
  - *Civilis exterorum converſatio, cujus occaſio multiplex eſſe poteſt, puta*
    - *Cui inſervit ſtudium*
      - *Agricultura*
      - *Opificiorū.*
      - Ubi partes & quaſi manum porrigunt.

Handel vnd Wandel bringt das Geldt ins Landt.

Digitized by Google

- **IV. Curatio** *Nummorum agit de*
  - *Morbis*
    - *Corruptela quæ fit*
      - *1. Cauſis*
        - *Materia*
          - *Falſa*
            - *Planè*
            - *Ex parte*
          - *Injuſtè mixta, i. e. Billono.*
        - *Forma*
          - *Pondere*
          - *Charactere*
          - *Æſtimatione.*
        - *Efficiente.*
      - *2. Qualitate, i. e. nomine, figura.*
      - *3. Partibus.*
    - *Jactura quæ fit*
      - *Intra fines Reip.*
        - *Conflatione*
        - *Conſumtione*
        - *Commutatione malorum cum bonis &c.*
      - *Extra.*
        - *Exportatione & alienatione illicitâ.*
        - *Camb: Uſur. illicitis.*
        - *Belli expenſis & nimiis contributionibus.*
        - *Amiſſione & defectu materiæ, quæ vel*
          - *divinitus*
          - *humanitus*
          - *accidit.*
  - *Remediis*
    - *Prophylacticis ne*
      - *corrumpantur*
      - *amittantur.*
    - *Therapeuticis*
      - *1. mutando vel*
        - *incorruptos*
        - *quaſi nummos ſubſtituẽdo.*
      - *2. tollendo corruptos.*
      - *3. amiſſos reſtituendo, aut ſaltẽ reſarciendo.*
      - *4. materiæ defectum ſupplendo.*

Ad Clariſſimum & Conſultiſſimum Virum,

D. JACOBVM BORNITIVM.

I. U. D. &c. Dominum & Amicum honorandum.

VIderat, Herbiferi propè flumen amabile NISSI,
Calliope, ingenii dia reperta Tui;
Viderat; & mirata recens, variâ arte politum,
Quod modo DE NVMMIS promis & edis, opus;
Non NVMMIS tantùm, ſed & AVRI munere dignus,
Is, qui DE NVMMIS tàm benè ſcribit, ait.
Sed Tibi non tanti, BORNITI, fulva metalla,
His vt opes animi præpoſuiſſe velis;
Quin potius Tibi vis benè devincire merendo
Nos, eadem Tecum qui colimus ſtudia.
Perge age, quæq; domi monumenta recondita ſervas,
Da properè grato lucis honore frui.
Sic Te Fama vehet plaudentibus incluta pennis,
Major ab exequiis Fama futura Tuis.
Conſumet NVMMOS citius carioſa Vetuſtas;
Quàm Tua DE NVMMIS SCRIPTA perire ſinet.

CHRISTOPHORVS ARNOLDVS.
V. I. D. f. Gorlitii Luſatiorum.

IN

In Nvmmos

V. Cl. Virtutis, Doctrinæ, & multi rerum uſus Excellentia prædivitis

D. IACOBI BORNITI

I. U. D.

EST aliquid ſtabiles naturæ agnoſcere vultus,
  Rebus & innatas conſuluiſſe notas.
Eſt aliquid cauſas illarum cernere, & vſus
  Quæ veniant certis tempore, more, loco.
Fallor, an Artis opus Nummaria ſigna Metalli
  Et legem & numeros noſcere, majus opus?
Scilicet ut Proteus variantur ab Arte profecta;
  Nil ſimile humanis ſubjacet ingeniis.
Hunc tamen informem calamo dum Protea formas:
  Plurima dum ſuperas Ingenia Ingenio:
Quicquid habet laudis cauſas cognoſcere Nummi
  Quam propè BORNITI laudis id omne Tuæ eſt.

IOANN. HARTIGIUS Sittanus, Medicus.

C 2

DE RE NVMMARIA.

QVod ſi quiſque ſuo contentus viuere poſſet,
Et non alterius alter egeret ope,
Tum ſine contractu poſſemus ducere vitam.
Forſitan,& proprias quiſque tenere domos.
At quia non pariter dedit omnibus omnia numen,
Quodq; habet hic,illam iuſſit egere Deus.
Nil ſine contractu vitæ hæc,nil publica res eſt;
Mutua quandoquidem poſtulat officia.
Et, niſi ſint nummi,ſignataque lege moneta
Contractus nullo iure vigere poteſt.
Quare debentur grates quicunque monetæ
Quæ ratio,qua ſit lege regenda,docet
Hoc ſine,inæquale haud facies æquale:ſed æquum;
Id quod inæquale eſt,redditur huius ope.
Omnia metitur, permutat & omnia nummus
Æſtimat & rerum pondera,iura,vices.
Contractus ſeruat,rerum & commercia, nummos.
Si tollas,hominum vita quid omnis erit?
Hos quia,metiris BORNIZI,examine acuto
Iuſtitiæ ad normam ritè nomiſma vocans,
Quæ proba materies,vel quæ ſit adultera nummi
Quo valor & pretium conſtituenda modo.
Gloria te ſemper, nitidis circumdabit alis.
Lauſque tua obſcuræ neſcia mortis erit
Perge locos alios Politiæ tradere ſcriptis
Sic fueris lucro nomine Polliticus.

M. MICHAEL BOEMUS
Scholæ Torg. Rector
& Autoris Socer.

IN

In Prodromum Syſtematis Politici

JACOBI BORNITII JC. DE NVMMIS.

Æſtimium nummo non aufert atque valorem,
Improbus ut veniat, qui fuit ante probus:
Barbarus hunc quod quis rejectet & inſcius idem,
Quæ ſit in hoc nummi publica forma foro:
Sic quæ de Nummis vigili congeſta labore
BORNITIUS, Phœbi lux Themidosq; decus,
In lucem vivace typo tranſſcripta daturus
Aſſiduo limans impiger ungve polit,
Si minus in vulgus (ſed vulgus) ea ipſa probentur:
Num quæ BORNITIUM ſollicitudo coquet:
Dederat ingenio ne quid cenſura librove?
Demorſos ungves ille, oleumq; ſapit.
Emunctæ naris cenſoribus ille probatur:
Non minus ac nummi publica forma bonis.

M. ELIAS CÛCHLER P. C.

Digitized by Google

ANTE OMNIA IESUS.

I.

REGUM ſubjectas REGALIA plurima in urbes.
Publica res quorum pro gravitate viget.
Nam, caput ut nervis ſolidatos ſuſtinet artus:
Sic Regnis urbes munia certa ligant.
Hæc inter, longo Ius Numi prævalet uſu;
Quo ſine, ut exſangui corpore, languet opus.
Nempe gerendarum Regina Pecunia nervos
Rerum ni præſtet; Publica nuda forent.
Hanc igitur rara adſertans BORNITIVS arte,
Percutienda quibus, quîs retinenda modis:
Nonne apicem laudis, non demeruiſſe, canatur
Conatu ingenii civica ſerta ſui?
Invidia ipſa probat. Regina pecunia. famæ
BORNITI metas non tamen illa locat.

II.

Cuncta ſeneſcenti dum languent inſita mundo,
Cura ſit, vt fulcris ſtent bene nixa probis.
Principibus ſtat ſalua Viris Reſpublica; quorum
Par oneri Virtus; norma caputque DEVS.
Hinc Patriæ Patres & regni fulcra ſalutat
Subiecti pietas obſequioſa Gregis.
HÆC dum iudicio BORNITI effingis acuto,
Perpolis & cultu pene ſepulta novo.
Majeſtate ſui renovas Rempublicam honoris:
Sicque bono cuivis ſcribis agiſq; bona.
Ergo, velut ſocios ſervat Reſpublica cætus,
Ordineque à brutis ſegrege ſecla regit:
Sic tua publica erit, dum res ſtat publica, fama:
Tu modo fac fiant publica, priua tibi.

IOANNES TIMÆVS *Sil. P. C.*

In

In librum de NUMMIS ab Excellentiſſimo Viro

DN. JACOBO BORNITIO JURECONSULTO

editum.

PRODROME; *divini Syſtematis aureæ prodi;*
Prodi, inquam, hanc lucem tu quia luce reples.
Multa vident lucem ſine luce; manentq́; tenebræ:
Viderit hic lucem non ſine luce ſua.
Multum opus eſt multis quandoque parabile nummis;
Quamlibet eſt melior nummulus unus eo.
At Liber hic modico conſtans plenè omnia tractat,
Quæ vix de nummis ſunt ita ſcripta prius.
Liber ingenti pretioſior ære vel auro;
Omnibus & nummis [ut puto] dignus emi.
Quantum & quale putes totum Syſtema futurum,
Talis ubi & tantus PRODROMUS *illius eſt?*
Ergo opus auguſtum, CONSULTE VIR, *ocyus ede;*
Ede: nec hanc lucem luce carere ſinas.

ἐκ τοῦ παραχρῆμα Budiſſinæ pangebat

MELCHIOR HAUSIUS P. Cæſ.

AD

Ad Clariſſ. Excellentiſſq. Virum

DN. JACOBVM BORNITIVM J. U. D.

BORNITI, heröe gemma jllibata Themiſtæ,
Quando tuæ poleos publica ſigna dabis?
Jnſtituas homines, quos urbica vincula cingunt,
Quâ regere, atque regi lege modoq́; queant.
His ſine peſſum jbit Reſpublica noſtra ſtatutis,
His ſine non civis tutus & ara manet.
Vrbes formavit doctrina politica primum,
Vrbes firmavit non minus illa ſuas.
Ede foras, nec nos privo priva vſque labore,
Quæ bona ſunt, debent publica & eſſe bonis.

BALTHASAR EXNERVS
de Hirſchberga, Aulæ Cæſariæ Agens.

Digitized by Google

Liber Primus.

DE CONSTITVTIONE NVMMORVM IN REP.

De notatione & Synonymis Numi.

Caput I.

RES in Rep. neceſſaria, civilis, Nummus ἀπὸ τοῦ νόμου i.e. à lege. Aliàs Pecunia & Moneta, nec non modificatè Æs, Argentum, Aurum dicitur.

SI quis beatitudinem civilem bonorũ fruitione conſtantem accuratè perpenderit, partibus eam & gradibus velut quibuſdam, quæ vel animum, vel corpus, vel fortunam hominis ſpectant, abſolvi animadvertet. Indubium enim eſt, multiplicium rerum ſufficientiâ & abundantiâ ad vitam politicam opus eſſe. Puta quæ ad victum, amictum, domum, inſtrumenta &c. neceſſaria. Quæ bona *Naturalia* appellamus. Quippe quæ à naturâ ad naturam tentant, ſine quibus homo nec vivere, nedum civiliter vivere poſſit. Quæ quanquam ratione dignitatis & præſtantiæ cæteris bonis, inprimis quæ animum beant, longè cedant: attamen neceſſitatis intuitu primum gradum ſibi vendicare videntur, quibus homines in civili cætu primum vivere & ſeſe ſuſtentare poſſint, deinde civiliter vivere: Adeò vt Politicus primum de earum rerũ cura & copiâ ſolicitus eſſe debeat, poſtmodum ad alia progredi. Quæ cum ſocietatis civilis commercio non ſufficiant, aliud quippiam Legis beneficio & diſpoſitione Politicâ adinveniendum fuit, quod rerum naturalium vices æquabili commenſuratione ſubiret, quod reſpectu rerum naturalium *Res civilis* vel *Legitima* dici poteſt, propterea quod à civili vel legitimâ ordinatione formã (quippe quod ὑπόθεσιν tantum conſtet, quanquam materies à natura) accipiat, & uſui civili inſeruiat. Nec enim per ſe nummus ſuccurrit indigentiæ humanæ (Midas enim Ovid. in Metamor. lib. 11. abundans auro fame periiſſet) Nam

> *Copia nulla famem relevat, ſitis arida guttur*
> *Vrit; & inviſo meritus torquetur ab auro.*

Sed veluti inſtrumentum quoddam, quo naturalia facilè & commodè parãtur & permutantur. Idcirco ſuo & conveniente nomine (Nomina enim rebus convenire debent, vt Juſtinian. ait) *Nummus ἀπὸ τοῦ νόμου* id eſt *à lege* ſeu νόμισμα, (quod à

verbo νομίζειν, quod præter alia *ſancire* & *ſtatuere* ſignificat,) indigitatur. Ita enim Feſtus de V.S. *Nummus ex Græco nomiſmate naſcitur.* Et Ariſtot. 5. Ethic. 5. Καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί: *Ideo nomiſma nomen habet, quod non naturâ, ſed à lege eſt*, id eſt, quod communi conſenſu & ratione naturali, quæ lex quędam tacita, vt Iuriſconſultus loquitur in *l.7.de bon. dam* pretium pecuniæ conſtitutum ſit. Aliis dici videtur quaſi ἐνόμισμα ab inſcriptione, ex Prudentio:

En Cæſar agnoſcit ſuum,
Nomiſma nummis inditum,
Cui nummus omnis ſcribitur.

M. Freherus lib.1.parer.c.14. Portionem etiam monetæ dici putant nomiſma, *N. Oreſmius cap.4. de monet.* Alias νόμισμα quoque morem & conſuetudinem notat, vt *Theſſalicum nomiſma*, quod in proverbium abiit, de fraude & dolô Theſſalorum (qui Demoſtheni perfidi dicuntur) accipi videtur. *Adrian. Turneb. lib.27. Aduerſ. c.29.* Quam verè autem Iſidorus lib. 15. Orig. 17. nummum à Numa Pompilio, Romanorum Rege deducat, quilibet facile colligit, quem Rhodiginus lib. 10.c.21. lect. antiq. quaſi Numia pecunia à Numa, ſequitur. Scribitur *Numus* Plaut. in Aulul. & paſſim in π. ac *Nummus. Fr. Hotomannus t. de variâ Numi & Nummi appellat.32.* Quanquam vtriuſque differentem appellationem aſſignet. Nummus ergo omnem pecuniam generatim ſignificat ſignatam. Ita enim Vlp. in *l.75.de leg.3.* Nummis indiſtincte legatis hoc receptum eſt vt exiguiores legati videantur. Confer. *l. aureos etiam 196. de. V.S.* Speciatim vero & συνεκδοχικῶς ſeſtertium denotat. *Cic. in Verrin. Varro lib.3.c.6. de re ruſt. Plin. lib.10.c.20.* Quanquam etiam vſu interdum vtrumque coniungatur, vt dicatur *Nummus ſeſtertius Colum. lib.3. Valer. Max. lib.5.c.10. Bud. de Aſſe lib.4.*

Nummus quoque ſignificatione pecuniæ continetur, Aliâs pecuniæ verbum ad omnia χρήματα refertur, quæ nummos metitur. *Ariſt.4. Ethic. & Auguſt. in lib. de diſciplin. Criſtian.* Tertium, ait, quicquid homines poſſident in terrâ omnia quorum domini ſunt pecunia vocatur. Antiqui enim, quod habebant, totum in pecoribus ponebant *l.4.l.5.l.178.l.222.de.V.S.l. pene de conſtit. pecun.* Specialius ſignificat tantum ea, quæ pondere, numero & menſurâ conſtant *l.19.l.30.de legat.1.* Denique pecuniam numeratam *d.l.4.l.5.de V.S.* vbi *Ioh. Goedd.* quod numerari poſſit, & ſignatum æs, argentum, aurum Iſidoro dicitur. Pecuniam vero dictam aſſerit Plinius à pecude lib.15.c.3.& lib.3.c.3. quod Romanorum æs primum ouium, boumque effigie ſignatum fuit. Júl. Scalig. lib. 5. Epidorp.

Si dicitur à pecude ipſa pecunia rectè
Fiet, pecus vt habeat quod ſuum vocauit.

Vnde non immerito Iſidori etymon reiicitur lib. 10. c. 17. quaſi quod pecunia à pecudibus dicta, quod corio pecudum nummi inciſi & ſignati. Et Caſſiodori lib. 7. dum inquit: Pecunia à pecudis tergo nominata Gallis autoribus: quem ſequitur A. Robertus lib.1.rer.iudicat.c.16.p.140. Ioſeph. Scaliger vero deriuat pecuniam à verbo pecuinus & pecunius, A quo, inquit, dicimus pecuniam, ſubintelligendo rem in verbo Pecunia in Feſt. Hinc fluxiſſe videtur vox Penning & Pfennig, Pecuniam quoque Deum coluerunt. Iuu. Saty.1.

Etſi

Digitized by Google

-- Etſi funeſta Pecunia Templo
Nondum habitas: nullas nummorum ereximus aras.

Forte quod pecuniam largiri & tueri credita *Aug. lib. 4. de ciuit. Dei c. 24*

Deinde etiam *Moneta* dicitur à monendo *Iſid. lib. 15. c. 17.* quod moneat, quod non ſit fraus in metallo vel pondere, Quin imo quod etiam Authoris ſeu Principis *Math. 22.* vel valoris publici, vel alterius cuiuſdam rei nos moneat *Coraſ. lib. 3. miſcell c. 13. n. 3. Math. Hoſtius lib. 1. de re numm. c. 4.* Quo Theodoricus Rex apud Caſſiodor. lib. 6 c 7. alludit Monetamque facis de noſtris temporibus futura ſecula commonere. Sed & Paneg. Plin. Hęc ebore reddantur, hæc marmore, hæc in coloribus viuant, hęc in ære moneantur, hæc gemmis augeant, pretiũ Inde Ioach. Camer. de moneta veteri ait Monetam à monendo dictam volunt, propter ſubiectionem diuerſorum temporum atque ciuitatum, nec non pretij quæ omnia de ſignis intelliguntur. Aliter accipit Harmenop μονῆτα, inquit, καλεῖται τὸ ἀρχεῖ τύπων σφραγιστήριον ἢ βουλευτήριον, μεθ' ὧν οἱ τῶν νομισμάτων τύποι διαχαράττεται *B. Briſſon de V. S. in verbo Moneta. M. Freherus c. 2 de monet. pag. 15.* Sic quoque accipitur in *l. 6. §. 1. ff. ad L. Iul. pec.* pro officinâ publicâ & palatina. Monetarii, inquit Iuriſconſultus dicuntur, qui in monetâ publicâ operantur *l. 2. de fal. monet. l. 4. & 6. C. Theod. cod. l. 2. C. quib. ex cauſis. l. 1. l. 7. l. 13. de min. lib. 6. de dign. lib. 11.* Firmicus lib. 8. cap. 15. Vop. *in Aurel. Suidas, Macr. 2. in ſom. Scip* A moneta deſcendiſſe videtur Germanicum Münte & Münze/vnde Münzen i. e. Pregen oder gelt ſchlagen Gallis *Monnoye.* Iunonem etiam Monetam à Romanis cultam Suidas ſcribit, quaſi ſymbolon, quod in bello aduerſus Pyrrhum & Tarentinos de pecunia laborantes benigno reſponſo, ope conſilioque iuuiſſet. In cujus templo nummi percuſſi *Cic. 1. de divin. B. Briſſon. de V. S. Roſin. 2. antiquit. c. 6.* Ioſeph Scaliger in Feſto in verbo Corniſcarum, ait, Cornices in tutela Iunonis, præter fabulas, cognomen etiam ipſius Deæ docuerit Moneta. Nam inde granuli monetæ & monetulæ dicti. Poſterior ætas per d. Monedulæ. Gloſſar. exponit μνημοσύνην.

Denique æris nomine omne nummorum genus, ſive aurei ſint, ſive argentei, etiam continetur *l. 159. de V. S. l. 5. §. Sed ſi dedit ff. de tribut. l. 2. l. 27. §. hujus legis ad L. Aquil. l. 26. in fin de pignor. act.* ſive ex corio *Sen. lib. 5. de benef. c. 14. &* paſſim apud ſcriptores Propterea quod veteres primum nummis æreis vſi. *Plin. li. 18. c. 3. lib. 33. c. 3.* Ubi etiam *argenti* nomen pecuniam numeratam notat, vt *argentum præſentarium* Comico. *Cic. in top.* Quanquam legato argento vel auro, ſignatam pecuniam contineri non placeat Iuriſc. *l. 29. in pr. & §. vlt. l. 27. §. 1. ff. de aur. & arg. Sen. lib. 1. de ben. c. 11.* Quemadmodum etiam *aurum* paſſim pro nummis vſurpatur, vt apud Virgil. *Auri ſacra fames* Plaut. *Effodio aulam auri plenam.* Quarum vocum vſus quoque apud Græcos & Hebræos habetur. *Pollux lib. 9. Hoſtius lib. 1. 3. r de e. nummar.*

Et hæc de ſignificatione vocis, & ſynonymis attigiſſe ſatis ſit, cum prior verborum, poſterior rerum interpretatio eſſe debeat *l. 1. ff. ſi certum pet. l. 1. §. dolum ff. de dolo l. Senatus de donat. cauſ. mort.*

De definitione & diuiſione Nummi, qui Verus eſt & Quaſi.

CAPUT II.

NVmmus eſt materies ſeu Res, publico valore conſtans, cætera quæque inæqualia commercii æqualiter dimetiens.

Eſtque Verus vel Quaſi.

Verus, qui veris & legitimis cauſis partibuſq; conſtat, communi populorum conſenſu approbatis. Proinde perfectus, bonus & probus cenſetur. Qualis eſt, qui ex metallo pretioſo, ære ve perfectâ formâ, autoritate publicâ factus eſt: Cui Malus, reprobus & falſus opponitur.

Quaſi, qui ad ſimilitudinem veri fingitur, ex materiâ extraordinaria formaq; imperfectiori. Vnde Nummus fictus & imperfectus exiſtit, qui vero ſimilis habetur ratione materiæ & formæ: effectrice verò & fine nec non effectu convenit.

UT pateſiat ab initio, quid Nummus, quem in Rep. conſtitui oportet, definitio ejus neceſſariò præmittenda eſt, quæ τὸ τί & naturam ejuſdem generatim declaret. *Cic. 1. off.* Solet autem Nummi definitio admodum variari, ut vix exinde intelligere liceat, quid nomine Nummi generatim denotetur. Nos conabimur rem ex cauſis deriuare & ſubjecto, quibus ritè poſitis, finitionem poſitam eſſe credemus.

Generis loco *Materies* ponitur, autoritate Pauli Iuriſconſulti in *l de contrahen. emt.* verb. *Electra eſt materia.* Et quidem convenienter. Quippe quod ex hiſtoriis conſtet, variam olim adhibitam fuiſſe, & adhuc adhiberi materiam ad formam nummi recipiendam. Etenim non ex ære, argento & auro tantum, ut Iſidoro viſum lib. 15. c. 17. Orig. nummi conflati fuêre: verum etiam ex aliis rebus facti, propterea Metallam minus rectè loco generis aſſignari videtur, ſed vox quædam generalior, quæ ambitu ſuo omnes includat, ex quo nummus factus, ſeu fieri poſſit, qualis eſt materies, quæ generaliter exprimit, ex quo aliquid fit. *l. 7. §. Cùm quis ex aliena. π. de acquir. rer. domin.* Licet interdum pro qualitate & genere uſus accipiatur *l. 166. de v. ſ. l. 16. C. de præd. minor.* & aliâs à ligno ſeparetur *l. 55. de leg. 1. l. 12. de vſuf. l. 167. de V. S. l. 18. §. ſi quis caverit. π. de pignor. act. l. 45. §. pen. π. de jur. fiſc. l. 14. §. 1. de peric. & commod. rei vend. l. 47. π. de act. emt.* Siue tamen quis malit Rei appellationem ſubſtituere, quæ generaliſſima & ad omnia, quæ vel in patrimonio noſtro ſunt, vel extra patrimonium & ad omnem contractum cauſamque pertinet *l. 5. §. 23. de v. s. l. 1. π. ſi ait. pet. l. 1. π. de rer. diuiſ. l. rei appellatio. de V. S.*

Cau-

Cauſa altera, quæ dat eſſe, forma eſt. *l. Julianus π. ad exhib.* Materies enim formas varias induere & exhibere poteſt *l. 80. §. 1. π. ad L. Falcid.* Ut itaque materies illa lecta formam & nomẽ nummi induat, quippe quæ aliâs ſuo genuino, nomine & forma inſignita maneret, opus eſt legitima diſpoſitione, quæ valorẽ publicitus introducat, quo indito, Nummus ſua forma & titulo proprie eſſe incipit. Qui valor quidem olim pondere tantum conſtabat, at poſtmodum, & hodie aliis quoque partibus formalibus plenius perficitur. Generatim tamen cuiuslibet nummi formam publicus valor complectitur. Propterea etiam Nummus ἀπὸ τοῦ νόμου nomen obtinet, quod non natura, ſed lege, ſuum eſſe habeat, ſeu quod publica autoritate valorem & pretium adipiſcatur: *Ariſt. 5. Ethi. 6 & 1. polit. 6.* Quod IC verbis. Eaque materies vſum præbet non iam ex ſubſtantia quam ex quantitate exprimit. Et Plutarchus in vita Phocionis innuit, dum Nummos præſtantiores, quo minori materia plus valoris ac pretii complectantur eſſe ſcribit. Nummos itaque non foret illa materies, niſi valore publico inſignita eſſet, quo eſſe habet, & ab omni rudi materia, & ex qua nummus fieri poteſt, aliiſque ſpeciebus rerum omnino diſtinguitur. Cum aliud ſit aurum, aliud æſtimatio & valor eius *l. Titia π. de aur. & arg. legat.* ubi IC. ait: Legatis alicui decem pondo auri, ſatis juſte legatum ſolvi, ſi vel pretium auri præſtetur. Valor autem hic publicus intelligitur, qui publica autoritate & æſtimatione innititur, ſive pondere tantum, ſive charactere & pretio ſimul publicis. Nec enim pactis priuatorum conſtat, ſed lege IC. ſanctione ſummi Principis. Quod IC. verbis demonſtrat, Electa materia, cuius publica & perpetua æſtimatio quod in nummos antiquis expreſſim: *Publice ſignato. Ex pecunia publicâ. Ex argento publico.* Et in illo Mvssidivs IV. Vir. p. p. f. id eſt *Auro publice feriundo.* Et L. 12. ta. Magiſtratus monetalis creati pecuniam ſignabant: vti ex verbis conſtat: *Minores magiſtratus aes, argentum publice ſignanto.* Porro vt de fine certo conſtet, cujus gratia nummum autoritate & valore publico cudi oporteat adduntur verba, *Cætera dimetiendi.* Nimirum vt omnia, omneſque merces differentes, quarum communicatio in Rep. neceſſaria eſt, nec aliâs commode fieri poteſt, valore ſuo æqualiter dimetiatur & æſtimet. Quo verbo vtendum, cum aliud vix reperi liceat, quod finem & mundus nummorũ congruentius exprimat. Propterea quod veluti cõmunis & certa ſit mẽſura, ad cujus rationẽ πάντα τὰ χρήματα & bona dimetri oporteat. Dimetitur vero cætera omnia inęqualia (nec enim ſeipsũ metiri poteſt *l. 42. π. de fideiuſ.*) ęquitate ſui valoris. Quod permutatione vniversũ fieri nequit, ob innumeras rerũ differẽtias, quę natura ſuâ niſi medio quodã, ad ęqualitatẽ redigi nõ poſſunt. Nec enim opus fuiſſet nummo, ſi permutatione etiam inæqualia potuiſſent fieri æqualia. Inde Ariſtoteles 5. Ethicor. 5. ait: γίνεται πῶς μέσον, πάντα γὰρ μετρεῖ. Idemque IC. verbo explicat. Cuius publica & perpetua æſtimatio difficultati permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret. Nec vltra merx vtrumque, ſed alterum pretium vocatur: ſeu vt Iuriſconſultus loquitur in *d. l. 42.* æſtimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri poteſt. Cujus vim Franci verbo *Pretier* efferre poſſent, quod idem ac pretium aſſignare & conſtituere. Propterea quod pretium proprie contractui emtionis venditio-

nis conveniat, cui nummus primario inſervit §. *pretium. Inſtit. de emt. vendit.* Ibi Imp. Pretium autem conſtitui oportet. Nam nulla emtio ſine pretio eſſe poteſt. Item Papinian. in *l. 72. de contrah. emt.* Emtionis ſubſtantia conſiſtit ex pretio. Et Paul. *l. 2. §. 1. eod.* Sine pretio nulla venditio eſt. Item *l. 1. de rer. permut. l. 2. locat. cond* & ſimilibus textibus. Quanquam etiam pro mercede poſitum reperiatur *l. 10. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ult. §. ult. ff. ad L. Rhod l. locavi. 51 l. 58. ff. locati.* & alio ſenſu *l. 52. §. in coeunda. ff. pro ſocio.* Livius lib. 32. & paſſim. Res verò quas dimetitur & æſtimat, ſunt omnia illa, quorum mutua communicatio per contractus & conventiones fieri poteſt. Quod commercium dicitur *l. 5. de iuſt. & iur. l. 24. §. 1. de minor. l. 6. de captio.* & ut Theophilus ait, κοινωνία τοῦ ἐν ἀλλαγῇ καὶ τοῦ δοῦναι καὶ λαβεῖν ... quod Ulpian. *tit. 19. inſtit.* Ius emendi vendendique invicem definit. At quoniam non omnium rerum commercium eſſe poteſt: ideò etiam nummus eas res dimetiri non poteſt, quæ commercio & uſu humano exemtę ſunt, puta, liber homo, res ſacræ & religioſæ, publicæ *l. 34. §. ult. de legat. 1. l. 83. § ſacram de V. O. §. 1. Inſtit. de inutil. ſtip. l. 6. de contrah. emt.* Omnium enim rerum, inquit Iuriſconſultus in *l. 34. §. 1. ff. de contrah. emt.* quas quis habere vel poſſidere vel perſequi poteſt, venditio rectè fit. Quas verò natura vel jus gentium, vel mores civitatis commercio exemerunt, earum nulla venditio eſt: vel ut Ariſtot. 4. Ethic. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Adeò ut χρήματα omnia, quorum pretium pecuniâ conſtitui poteſt, id eſt facultates, ſubjectum nummi ſtatuantur. Inde inſtrumentum dicitur permutandi divitias naturales, & certa menſura commutabilium & venalium, Item medium permutandi divitias naturales æquivalens. Nicolao Oreſmio & Gabriol. Byelio. Et hæc de definitione declarandâ ſufficiunt, quæ cauſas & ſubiectum complexa, verior & concinnior cæteris videtur, quod ex ſubſequentibus clarius eluceſcet. Ariſtotelis quidem definitio finem & ſubjectum continet, cæteris cauſis omninò omiſſis. Suidas verò νόμισμα τὸ κόμμα τοῦ τυπουμένου χαλκοῦ notam expreſſam ſignati æris definit. Ariſtophanis interpres νόμισμα τὸ κόμμα τοῦ τυπουμένου χαλκοῦ ἢ χρυσοῦ, notam percuſſam ſignati æris aut auri. Georgius Agricola verò, quod ſit bractea aurea vel argētea, vel ærea, vel orichalcea, vel plumbea, vel denique ferrea, in rotundam plerumque vel quadratam figuram formata, & iuſſu regis aut civitatis publicè ſignata. Quæ definitiones vel mancæ vel ſuperfluæ. Quid enim bractea, quæ Iſidoro dicitur, tenuiſſima lamina ἀπὸ τοῦ βρέχειν, quod eſt ἠχεῖν, id eſt, à crepitando lib. 13. cap. 17. loco generis, quaſi nummus tantum tenuiſſimi corporis? Et quid neceſſum fuit ſpecies metallorum interſerere, quæ tamen omnigenam materiam nummi non continent? Et quid figuram, quæ accidentaria & varia eſſe poteſt, addere? Nunquid etiam quælibet civitas monetæ jus habet? num denique pecunia ſignata tantum nummus? Quâ ratione æs rude Romanorum olim appendi ſolitum, nummi nomine indignum? Nullum verò verbum valoris & dimenſionis publicæ, quæ formam & finem exprimunt. Eadem moneta (ut verbo Apuleii in Apologiâ utar) percuſſa eſt definitio Monetæ Hoſti, Budelli & aliorum, quam hîc perſtringere longum & tædioſum foret. Hermannus Vultejus Juriſconſultus clariſſimus, nummum definit, quod ſit valor materiæ,

Digitized by Google

materiæ, quæ definitio nimis arcta videtur. Hotomannus: quod ſit lamina metalli ad certum pondus examinata, & publicâ lege certo pretio taxata, certaque nota inſignita. Marquardo Frehero Jureconſulto celeberrimo placet definitio ex *l. 1.* quod ſit materia formâ publicâ percuſſa, uſum dominiumq; ex quantitate magis præbens quã ſubſtantiâ *in tr. de re monetaria. c. 2. in pr. & lib. 1. parerg. c. 14. & in diſſert de num. cenſur. p. 23.* imagine & ſuperſcriptione nummum cenſeri ait Itaq; concludo, Cum nummum ex metallo, vel à pondere vel figura tantum definire inſufficiens, ex partibus autem & accidentibus non ſit definire, ſed deſcribere; Nummum eſſe rem, quæ publico valore merces inæquales æqualiter dimetiatur. *d. l. 42. ff. de fideiuſſor. l. 1. de contrah. emt.* Porro hæc definitio generaliſſima omnes ſpecies nummi complectitur, ſiue ſint nummi veri ſive ſint ficti: Intereſt enim Reip. non tantum genuinis nummis: verùm etiam interdum exigente neceſſitate fictis ad ſimilitudinem verorum uti. Iccircò ſumma quoque diviſio nummi ſubnectenda fuit: quâ nummus vel Verus vel Quaſi habetur. Verus qui cauſis legitimis conſtat, inprimis eſſentialibus, materia pretioſa, id eſt, auro, argento, vel minus pretioſa, id eſt, ære, quem jus & uſus communis gentium ubique ferè approbavit. Quod ex declaratione cauſarum ſubſequentium plenius pateſcet. Quaſi qui fingitur inſtar veri, de quo ſuo loco infra.

De efficiente Nummorum, id eſt, de eo, qui Jus Monetæ habet.

Caput III.

AD Veri nummi naturam penitius intelligendam Cauſæ, tum qualitates, partes & ſpecies ejus accuratius conſiderandæ ſunt. De cauſis primum externis, poſtmodum internis diſpiciemus.

Externæ ſunt Efficiens & Finis.

Efficiens Nummi in Rep. eſt Princeps, qui non tam cudere, quàm pretium imponere, omniaque requiſita & qualitates nummorum in ſua Rep. eiuſque partibus neceſſariorum præſcribere, nec non alienos nummos aſſumere poteſt & debet.

Jus verò cudendi Magiſtratibus committi aliisq; permitti ſolet, tam præſcriptione & conſuetudine immemoriali, quàm privilegio in opportunitatem & commoditatem commerciorum, tum conſequenter in ſalutem & honorem Imperii. Adeò ut qui eo jure voluntate Principis utuntur, nummos non pro libitu cudere poſſint, ſed legibus nummariis conformes, quos Princeps ſuo arbitrio nutuque ſuſtinet & moderatur.

Digitized by Google

RES nummaria conſiſtit in conſtitutione, conſervatione & curatione, auctione atque mutatione nummorum. Sunt enim nummi primitus conſtituendi in Rep. id eſt, vel fabricandi, vel fabricati aliunde aſſumendi, conſtituti poſt conſeruandi, accumulãdi & mutandi interdum. Conſtitutio deducitur ex cauſis qualitatibus, partibus & ſpecieb. Inquirendũ itaq; eſt in cauſas nummorũ, ſiquidẽ rem ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, quarũ quædam eſſentiã ingrediuntur nummi *Materia* & *Forma*: quædam verò nummos extrinſecus efficiunt *Effectrix* & *Finis*. De externis primum, poſt de internis agemus, vt ſciamus, à quo nummus verus in Rep. conſtituatur & ad quem ſcopum: ex qua materia & quâ formâ: quibus cognitis ad qualitates, partes & ſpecies progrediemur: denique quo artificio nummum fabricari oporteat. Primum quod efficientem nummi attinet, cum intelligimus, qui ius monetæ fabricandæ aut aſſumendæ, nec non mutandę ſibi vendicat, quod à ſolâ Principis authoritate in Rep. dependere dicimus. Quippe cujus eſſe ſolâ lege, ſeu diſpoſitione legitimâ conſtat, quæ nemini niſi Principi in Rep. competit, cujus eſt, virtute imperii leges condere, & quicquid legitimum conſtituere *l. fin. C. de ll. l. 2. C. de vet. jur. enucl. §. ſed & quod Principi Inſt. de jur. natur. l. 32. π. de ll.* Tum quia nummus omniũ rerũ vices ſuâ æſtimatione ſuſtinere debet, non poteſt non aliâ quam publicâ autoritate inniti, quæ tantum poteſtatis impertit, atque omnem fraudulentiæ ſuſpicionem ſegregat. Cum æquum ſit nummos bonitate ſubſtantiæ vel authoritate ſaltem publicâ omnium rerum pretia æque definire, atque iuſtitia fundari, quâ juſtus & æquabilis valor innititur & conſeruatur *l. 1. de contrah. empt. l. 32. π. de fideiuſſ. l. 1. C. de retor. nomiſm. poteſt.* ſiquidem Princeps ſalutis & vtilitatis publicæ cauſa eſt in Republ. ut omnia expediat, quæ ad conſeruationem ejus ſpectant *l. bene à Zenone in fin. C. de quadr. præſcript. l. 3. de offi. præf. vigil. l. 8. C. de ll. l. præcipimus 32. C. de appell. l. 20. C. de nupt.* Quod ſi enim cuivis priuato ex ſuo auro & argẽto nummos facere liceret, quâ autoritate acciperentur à conciuibus & extraneis? Nulla ſane. Cum legis poteſtas tantum publica. Deinde quę ſuſpicio fraudis ſubſequeretur? Cum præſumtio fidei & veritatis longe aliâ in publicâ authoritate, quam priuata. *l. cenſuit. 10. de probat. Alciat. de præſumpt.* Principem vero hîc termino politico accipimus, qui ſummum habet imperium in Rep. ſive ſit unus numero *l. princeps de ll. l. 1. de conſtit. princip. l. digna vox. C. de ll.* λέγω tantum, id eſt, vel populus vel optimates arg *l. vbi fundus 56. in fin. π. de condit. & demonſt. l. 33. de ll. l. 3. π. de caſt. poſt. Jac. lib. 1.* Ita enim olim penes populum Romanum in populari ſtatu jus monetæ fuiſſe teſtantur leges nummariæ, quarum Plin. lib. 33. meminit, & refert eas Ioan. Roſin. l. 8. antiq. p. 2. c. 20. Hotom: de ll. Rom. Papiria, Livia, Clodia, & Charondas in not. ad conſtit. Galliæ lib. 15 t. 221. Poſtquam vero omnis poteſtas & imperium in vnum tranſlata, qui Imperator dicitur à Dione lib. 52. nõ vt olim partâ victoriâ, qui dux belli *§. ſerui Inſt. de iur. perſon.* τῶν πολέμων ἡγέμων Theoph. ibid. Sed qui ſummũ imperiũ tenet, alias αὐτοκράτωρ & παντοκράτωρ dictus vni ei ius monetæ tranſlatũ intelligitur, quod ſummæ poteſtatis pars haud poſtrema *l. in toto. de R. J.* Legũ enim poteſtas etiam nummum cõplectitur quippe qui lege ſit & exiſtat. Cuius rei exemplũ illuſtre adducit ex Laonico Chalcocondila

condila lib. 2 & lib. 3. de rebus Turc. Annæus Robertus lib. 1. rer. iudicat. cap. 16. Tamberlanes, inquit, quem Græci Temirem vocant, cum de pacis conditionibus victor & ferox cum Bajazete Turcarum Imp. ageret, poſtulavit ut in Bajazetis ditione numiſma Tamberlanis admitteretur, eoque uti ſolo liceret, quod inſigne ſubjectionis vinculum Bajazeti intolerabile viſum fuit. Exemplo eſt Perennius, qui quod jus monetæ uſurparit, à Commodo Imperatore trucidatus fuit, ut teſtatur Herodian. in Commodo lib. 1. Et propterea nummorum curam & jus Impp. Romanos ſibi reſervaſſe ex legibus patet. *l. 2 Cod. de falſ. monet. l ſi quis. C. Th. eod. Carol. V. Conſt. III l 1. C. de vet. numiſm poteſt. N. l. con. 52. Bodin. de rep. lib. 1. cap. ult. And. Knich tr. de privil. ducum Saxoniæ cap. 5. verbo* Münzgerechtigkeit. *Budelius de moneta 1 c. 4. n. 5. Arnold. Clapmar lib. 1. de arcanis Imp. cap. 16. Lælius Lechius in polit. lib. 1. cap 5 pag. mihi 91. lib. 2. cap. 6. n.* 18. & inter Regalia (*Majora* vocant Dd) idem jus ideò relatum c. 1. quæ ſint regal. Quod Gunterus lib. 8.

At primum Ligures ſuper hoc à rege rogati
Vectigal portus, cudende jura monetæ
Libera Romano liquerunt omnia regno.

De quo & Rodericus lib. 2. c. . Sigon. de regn. Ital. lib. 7 c. 12. Quod & juri divino congruit *Maccab c. 5. Math. 22.* Denique teſtatur de Ungarorum regno Otto Friſingenſis Nullus, inquit, in tam ſpacioſo ambitu, Rege excepto, monetam vel telonium habere audet. Quod jus Bonfinio teſte etiam Turcæ nulli cedunt. Nec intelligitur hîc princeps tam cudere monetam, quàm pretium, pondus, characterem atque bonitatem ejus præfinire: quin etiam alienos aſſciſcere, quod mutua commerciorum neceſſitas exigit *l. 1. C. de vet. numiſ. poteſt. l. 5. de juſt. & jur. Tacit. de morib. German.* Quod & decreta Imperii, nec non hiſtoriæ & ordinationes aliarum rerump. comprobant: hoc jus monetæ cudendæ aliis magiſtratibus committi ſolet, ut in Rep. Romanâ Triumviri monetales conſtituti *l. 2. §. eodem tempore. ibi Eberlinus de O. I.* æris, argenti, auri flatores & literis A. A. A. F. F. id eſt, *æri, argento, auro flando, feriundo* in nummos notati, quorum mentionem lib. 7. epiſt. 13. Cicero facit: Treviros vides cenſeo: an duo capitales: mallem auro, argento, ære eſſent: eorumque autoritatem *lib 3. de ll.* ex LL. XII. tabb. refert: Minores magiſtratus æs, argentum, aurum publicè ſignando. Ex Caſſiodoro verò, Ammiano & aliis conſtat, Comites ſacrorum largitionum ſub Impp. hoc ius habuiſſe. Idem enim cenſetur, quod quis per alium facit, ac ſi ipſe feciſſet *c. quod quis per alium. de R. I. in 6. l. 6. §. 1. π quod cujusq. univer. l. 1. de off. procoſſ.* Quæ regula politica in omni ſtatu locum & uſum habet.

Deinde jus monetæ aliis quoque permitti ſolet, tàm præſcriptione & conſuetudine immemoriali, quæ tacitum Principis conſenſum præ ſe gerit, nec tituli allegatione opus habet *l ex hoc jure §. ductus. π. de aq. quotid. & l. 1. §. ult. π. de aq. plu. c. hoc quippe. 3. q 6. c. conqueſtus. 9. c. mos antiquus. 65. diſtinct. l. teſtam. C. de teſtam.* quàm privilegio *Damboud in praxi crim. cap. 65. n. 1. Mynſ. lib. 4. obſer. 34.* Müntzerordnung *Anno 59* §. Wer es auch ſach *Arreſt. Pap. lib. 1 c. 1. t. 1. Chopp. de Doman. lib. 1. t. 7. n. 15. Guid. Pap. deciſ. 498. Petr. Gregor. lib. 36. c. 2. n. 25 Syntagm.* Cum Principis & privilegium dare. *l. 1. & 3. de conſtit. pr. §. ſed & quod princip. Inſtit. de jur. nat.*

Digitized by Google

gent. & civili. l. ex facto, de vulg. & pupill. l. Neratius de R. J. Quanquam hoc jus Majeſtari principali individuum eſſe. *Bodin. lib.* 1. *c.* 10. & aliis videatur, nec citra lęſionem Majeſtatis aliis cedi poſſe, adeoque inter majora regalia tantum, quę ſummis principibus ſuperiorem non recognoſcentibus competere dicuntur, referendum *Dd. in c. quæ ſint regalia.* Verum in hoc jure & aliis ſimilibus aliud jure. *C. c. receptum videmus & uſu. c. ſuper quibuſdam §. præterea, de V. S. Mynſing. d. l.* Privilegii exempla ex hiſtoriis conſtant: Ita Sylla tempore belli Mithridatici Lucullo ſignandi nummi jus in Peloponneſo permiſit, unde is nummus Lucullejus diu dictus *Plutar. in Lucull.* Et quod poſt alios honores Cæſari conceſſos etiam fuit is, quod ipſius imagine pecuniam percuſſerunt Dio lib. 44. p. 242. adſerit. Et Severus Imp. ut Claudium Albinum aliquâ ſpe imperii irretiret, multa ex Senatus autoritate conceſſit, καὶ νομίσματα αὐτῷ κόπτειν ἐπέτρεψε. *Herod. in Severo.* Antiochus etiam filius Demetrii Simmoni Sacerdoti ac Principi gentis Judæorum conceſſit cudere proprium numiſma regioni ſuæ *lib. Maccab. c.* 15. *v.* 5. *& 6.* Ita Regi Bohemiæ & Electoribus S. R. Imperii jus cudendæ monetæ aureæ & argenteæ conceſſum patet ex aurea bulla c. 10. Reges verò Gallię quibuſdam impertiunt privilegium monetæ, aureâ tamen monetâ non comprehenſa, cujus jus in ſignum & præeminentium ſummi & regii imperii reſervant. Uti deciſum fuit in cauſa regis Galliæ & Ducis Burgundiæ Anno 1464. Et pactis expreſſum eſt inter Ludovicum XI. & Principem Auraniæ, cui non licitum aliam monetam niſi ex argento, ſuo nomine & notâ formare. Nec Juſtinianus voluit, ut rex Perſiæ, aut quiſquam alius regum barbarorum auream monetam percuteret, Procopio teſte. Hodie ſanè jus monetæ cudendæ Principibus omnibus, Abbatibus, Comitibus & Civitatibus quibuſdam in Romano Imperio uſurpari videmus. Plerumque tamen inſignibus imperatoris cum Aquila & globo imperii impreſſis & epigraphe additâ RUDOLPHI IMP. AUG. P. F. DECRETO. Plerumque dico. Nam videas quoque Electorũ & Principum aliorum nummos, qui ſuam tantum epigraphen & ſymbolum continent. Nec liberũ eſt illud jus cedere alii, aut vendere Münzordnung *Ferd. Anno* 59. Abſchied zu Speier. *Anno* 70. §. Als denn auß der Münzgerechtigkeit keine Mercantey. Quo in caſu Principes prudentiores certis pactis & legibus ſuæ reip. proſpicere ſolent, ut nummi legibus monetalibus conformes feriantur. Adverſus quas ſi committant ii, quibus hoc jus conceſſum, illud perdant, & pœnas luant, ſiquidẽ omne privilegium abuſu amittitur. *l. ſi quis C. de offic. præf. prætor. orient. c. privilegiũ. 11. q. 3.* Abſchied *66. §. 31. Chopp. in lib. 2. de Doman. t. 7.* Quod monetę jus, ut eo pacto concedatur aliis, utilitas publica & privata exigit, ne ob defectum nummorum alicubi commercii exercendi tam pauperi, quàm diviti deſit occaſio.

Et hæc de eo, qui jus monetæ habet, dixiſſe ſatis ſit. Singulare exemplum eſt in ſalvatore noſtro JESU CHRISTO, qui potentia divina in ore piſcis nummum fecit. *Math. 17. Joh. Matheſius in Sarepta hom. 14 in pr.*

Quis verò nummos primum invenerit & percuſſerit, in quæſtione eſſe ſolet? Quod hiſtorica fide definiendum. Sunt qui Phidoni Argivo ex Gręcis nummi inventionem aſcribunt: *Pollux lib. 9. Strab. lib. 9. Ælian. lib. 12. variar. hiſtor.* Alii primum autorem faciunt Athenienſium Erichthonium, alii Lycios, alii Lydos, alii Naxios,

Digitized by Google

Naxios, alii Phœnices, alii alios. *Pollux d. lib. 9. Herod. lib. 1. Cœlius lib 21. c. 48.* Plin. li. *33. c. 3. Suidas.* Cæterum rem perantiquam eſſe nummum, & fuiſſe in populo Dei poſt diluvium *Gen. 20. Mattheſius in Sarepta conc. 14.* (falsò tamen à Joſepho Caino attribuitur lib. 1. c. 3. antiq.) ſacra hiſtoria teſtatur, dum mentionem argenteorum & ſiclorum facit. *Camer. in* Polit. *Ariſt. lib. 1. c. 6. & libel. de re nummar. Matth. Hoſt. lib. 1. c. 2. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 5. Pet. Greg. li. 36. c. 2. n. 19. Baſil. de Vigin. in Notis ad Liv.* Polyd. *Virg. lib. 2. Inven. 20. Georg. Agric. lib. 1. de pretio metallor. Steph. Forcat. dialog. 68. Carol. Moline. de contract. q. 100. nu. 795. &c. Cotman. lib. 7. c. 6.* Pinell. *in Rub. l. 2. c. 1. n. 2. & c. 3. n 1. C. de reſcin. vend. Corraſ. lib 3. miſcell. 13.*

De fine & uſu Nummi, Cur in Rep. neceſſarius.

Caput IV.

FInis Nummi eſt cætera χρήματα dimetiri & æſtimare. Cujus [illegible] difficultas permutationũ, cui in Rep. & extra eam ſubveniat. Quod exequitur & conſequitur coæquando inęqualia æqualitate quantitatis. Adeò ut omnium rerum vices & functiones, quæ in bonis & commercio eſſe poſſunt, ſubeat & ſuſtineat. Et proinde non immeritò loco bonorum, quorum valorem & æſtimationem continet & definit, habeatur. Abſolutus finis & cum aliis communis eſt ſalus Reip. cum ſine Nummis nulla Reſp. aut ſocietas civilis, pacis ac belli tempore benè & feliciter ſubſiſtere queat. Quanquã etiam aliàs varius uſus nummorum in Rep. eſſe poſſit, principalem finem ſubſecutus. Nummis comparantur numiſmata antiqua, quæ vulgò *Medaglie* appellantur, in honorem, gratiam & memoriam Principum &c. deſtinata.

OMnis benè conſtituta Reſp. continetur rerum æquè ac perſonarum publicarum, nec non privatarum nexu. Nec enim Reſp. ſubſiſtere, aut appellari poſſet, ſi nihil publicum & commune haberetur, quod ad iſtius fundationem & conſervationem faceret. Iccirco in quavis rectè ordinatâ rep. quædam bona in communi & publico patrimonio relinquuntur, quę moderatores ejuſdem ſemper ſarta tecta tuentur & defendunt. Cætera verò omnia privatis aſſignarunt, quæ utilitatem inprimis privatorum, æquè ac publica rem & ſtatum reip. ſpectant. Quibus prudenter unitis, optimè & de re publicâ & privatâ conſtabit, *l. 1 §. hujus ſtudii, de juſt. & jur. l. diligenter. C. de aquaduct. lib. 10. Ariſt. 2. polit. c. 1. Ærod. lib. 1. rer. jud. c. 63. Chopp. de doman. lib. 1. c. 16. n. 7. Bodin. de rep. 1. c. 1. P. Heigius p. 2. q. 10. n. 82. & ſeqq.* Qua de causâ jam olim paradoxon Platonis, Thomæ Mori & Anabaptiſtarum de

Digitized by Google

communione omnium bonorum, non tam ſententia Politicorum & Theologorum, quàm divino & communi omnium gentium jure, quo dominiorum diſtinctio introducta *l.5. de juſt. & jure. § ſingulor. Inſtit. de rer. diviſ. ibi latè Harbrechtus, Rudol. Goclenius in quæſt. polit. Joh. Ferrar. Montanus lib. 6. c. 6. de rep. inſtituenda.* & in benè conſtitutis rebuſp. hactenus ſervata fuit, exploſum eſt.

Cæterum cum homo ſit animal politicum *l. 1. & 2 de LL.* nec ſibi ſufficiens, ſed qui in politiâ, i.e. in converſatione civili *l 2. de nundi.* vivere teneatur, & alienâ operâ & ope indigeat, inventi ſunt modi quidam, Ratione naturali & civili dictitante, quibus rerum & bonorum in civili ſocietate neceſſariorum communicatio fieri queat, è quorum numero permutatio fermè principem locum occupat, Gentium conſenſu introducta, & uſu ubique frequentata, ut nullum olim mercimonium, niſi in permutatione conſiſteret, & cujus nomen omnibus conventionibus, atq; ipſi emtioni-venditioni commune eſſet, uti ex verſu Timonis Agell. lib. 3. noct. 17. conſtat πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον. Permutare enim Græcis ἀλλάττειν. Unde quod pretio emitur, ære mutari dicitur *Apulej. in Apolog.* Sæpenumerò & vinum & olus & pomum pretio mutavi. *Colum. lib. 8. cap. 5. Plinius lib 19. c. Idq;* Paulus in *l. 1. de contrahen. emt.* ex Homer. Iliad. 6. & Imp. in *§. pretium. Inſt. eodem.* exemplo teſtatum faciunt. Utrumque enim quod olim interveniebat *Merx* dicebatur *l. 1. de rer. permut. d. l. 1 l. 32. § uxori, de uſufruct.* nec aliud merx, aliud pretium erat. Verum enimverò cum difficultate ſuâ permutatio omnibus non expediret, quippe quod non tantum difficilis ſit rerum permutandarum ob diſtantiam locorum tractatio & transportatio, ſed quod etiam ancipiti contrahentium læſioni obnoxia ſit, ob maximam rerum ejuſdem æquè ac diverſi generis differentiam, quam dijudicare non cujusvis videtur ingenii, neque ita in trivio eſſe, tum quod hominibus ſit inæqualis rerum copia & inopia, ut ſæpè abundent iis, quibus nec aliis opus, contra ſæpè careant, quibus alteri opus. Accedit, quod res multæ ſervando ſervari non poſſunt, quorum diſtractio commodè maturanda. Propterea etiam quod homo plurimis rebus ad victum & ad amictum indigeat, nec ab uno permutatione rei alicujus, omnium copiam adipiſci poſſit, ſed à pluribus: Unde ſanè opus eſt, re quadam dividuâ, ut multa & diverſa à multis & diverſis comparentur: Quin quod plerumque rerum inæquale pretium, puta ovis & ovi & bovis: Denique quod omnium rerum incerta, fluxa & variabilis æſtimatio, adeò ut quanquam res diverſæ quædam uno tempore æquipolleant, poſtea tamen alio tempore æſtimatione varientur. Nam ut Plato inquit, Rerum omnium pretia videris & tempore & lege & voluptatibus & moribus & fortunâ vel augeri vel minui. Quod Juriſconſultus innuit in *l. pretia. 63 π. ad L. Falcidiam.* Quibus de cauſis medium quoddam veſtigandum fuit, quod ſuâ æquipollentiâ difficultati permutationum ſubveniret, & veluti arbiter bonæ fidei ἀκριβῶς συναλλάγματος καὶ ἴσου æqualitatem rerum definiret, & commerciorum rationem facilem redderet. Quod non tantum in republ. ſed etiam extra fines ejuſdem perneceſſarium fuit. Quippe quod nulla Reſp. omnium rerum copiâ ſibi ſatis ſit: ſed quàm plurima ad vitam civilem neceſſaria & utilia aliunde petere teneatur. Quod divinâ quadam providentia conſtitutum, ut hæc terra alia, illa alia, hæc præſtantiora, illa vilio-

viliora proferat, ad amicitiam humanam vbique colendam & conſervandam, vt niſi homines ipſa natura, quæ cognationem inter eos fecit *l.3. de Iuſt. & Iur.* ad concordiam inſtiget mutuam, ſaltem mutua rerum indigentiâ conſtringat, vt eleganter Poeta hac de re canit lib. 1. Georg.

> *Non omnis fert omnia tellus:*
> *Hic latæ ſegetes, illic felicius uvæ,*
> *Arborei fœtus alibi; atque injuſſa vireſcunt*
> *Gramina.*
> *Continuo has leges, æternaq; fœdera certis*
> *Impoſuit natura locis*

Quod Apulejus preſſius declarat: Olitori, inquit, & cauponi merito conceſſum eſt, olus & vinum ex nobilitate ſoli commendare, vinum Thaſium & olus Phaſium. Quippe illa terra multum ad ſaporem meliorem juverit, & regio fœcunda & cœlum pluvium & ventus clemens & Sol apricus & ſolum ſiccidum. Nummus itaq; factus eſt & fieri debet in Rebuſpub. commodioris rerum communicationis & commercii gratiâ, cujus interventu Emtio venditio perficitur §. 1 *Inſtit. de emt.* fruſtra diſſentiente Forcatulo, qui etiam abſque nummis olim factam eſſe emtionem, venditionem probare conatur *dial. 49. n. 1. & 5.* Originem ejus Paulus Iuriſconſultus repetit in *l. 1. de contr. emt.* Olim non ita erat (inquit) nummus, nec aliud merx, aliud pretium vocabatur, ſed unuſquiſque ſecundum neceſſitatem temporum & rerum vtilibus inutilia permutabat. Quando plerumque evenit, vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper nec facile concurrebat, vt cum haberes, quod ego deſiderarem, invicem ego haberem, quod accipere velles, electa eſt materia, cujus publica ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret, Quod & Athalaricus Rex Gothorum innuit apud Caſſiod 6 varior. 7. Principis, inquit, imaginem ſubditos videri paſcere per commercium, cujus conſilia invigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum. Adeo ut nummus originem ex iure gentium trahat *l. 5. de Iuſtit. & Iur.* nec obſtet, quod Ius gentium cum genere humano proditum, nummus tamen olim ita non fuerit: ſiquidem ratio naturalis, quæ veluti lex quædam tacita cum genere humano prodiit, ſingula tamen effecta eodem tempore ſimul non prodidit: uti ex bellis, ſeruitutibus & manumiſſionibus certo colligere licet. *d. l. 5. de Iuſt. & jur. Ludovicus Charondas lib. 1. veriſimil. cap. 7. & lib. 3. cap. 11. Nicol. Oreſmius de orig. & iure monet. cap. 1.* Æquè verò neceſſarium eſſe nummum ad commutationem extra fines ciuitatis, ac in ipſâ ciuitate præter ſupradicta Ariſtotelis teſtimonio, & exemplo Germanorum comprobatur. Ita enim Ariſtoteles 1. pol. 6. verſione Lambini. Partim ſupportandis iis, quibus homines egebant, partim exportandis, quibus abundabant, neceſſario nummi vſus comparatus eſt: Et paulo poſt: Nummus elementum & extremum eſt permutationis. Et Tacitus inquit. Et videre eſt apud illos [Germanos] argentea vaſa legatis & principibus eorum muneri data, non in aliâ vilitate, quam quæ humo finguntur. Quanquam proximi ob uſum commerciorum aurum & argentum in pretio habeant; formaſque quaſdam noſtræ pecu-

niæ agnoſcant. Interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium vtitur. Ita hodie in regno Calecuti monetam patriam haberi, ſed ratione commerciorum Perſiæ quoque & Portugaliæ nummos ibi valere Franciſcus Belle Foreſtus in hiſtoriis regni Calecuti teſtatur. Quanquã cõſtet olim populos permutatione ſolâ aut potiſſimum vſos & adhuc vti, vt Belle Foreſtus l. 1. Coſm. de populis quibuſdam Aſiæ & Africæ refert, Porro finem ſuum nummus conſequitur æqualitate quantitatis, vt Iuriſconſultus ait, dum cæteras res omnes, quæ inæquales ſunt & admodum differentes, & propterea maximam commercii difficultatem pariunt, æſtimando & dimetiendo æquales reddit. Siquidem nulla fieri poteſt juſta bonorum commutatio, niſi ad æqualem proportionem redigantur, vt valde iniqua & ſtolida videatur Glauci cum Diomede permutatio, de qua Homer. Iliad. 6

Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Ad quam Martialis lib. 9. Epigr. 75, alludit:

Tam ſtupidus nunquam nec tu puto Glauce fuiſti,
Chalcea donati Chryſea qui dederas.

Nemo enim cum alterius damno locupletari debet, quod ſane fieret, ſi quis ouem cum boue commutare cogeretur, aliis rebus æqualis pretii deficientibus. Quod diuerbio dicitur Ein Roſs vmb eine pfeifen. Æqualitas ergo cum ipſis rebus fieri non poſsit, nummus ſubſtituitur, qui valore æqualitatem rerũ conciliat. Hinc Iuriſconſultus ait in *l. Si ita 42. π. de fideiuſſ.* Æſtimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri poteſt. Et Ariſt. 5. Ethic. 5. τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα, μετρεῖ γὰρ πάντα νόμισμα. Omnia nummus æqualia facit, quia omnia metitur. Cuius rei exemplum ex Feſto de V. S. aſſumamus: Quibus duabus, inquit multabantur apud antiquos in minoribus criminibus: in majoribus autem triginta bobus. Nec vltra hunc numerum excedebat multatio, quæ poſteaquam ære ſignato vti Ciuitas cœpit, pecoraque multatitia iniuria corrumpebantur, vnde etiam peculatus, crimẽ vſurpari cœptũ eſt facta eſt æſtimatio pecoralis multæ, & boues cẽtenis aſſibus, oues denis æſtimatæ. Ideoq; nummus æſtimatione ſua omnium rerum vicem ſubit & ſuſtinet. Et poſſibile eſt, ait Imp. in *l. 2. C. de conſt. pecu.* Omnes res in pecuniam conuerti. Si enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quæ expreſſa eſt in conſtituendis rebus ponatur, quid diſtat à nomine ipſius pecunia? vbi Baldus ait, Habens pecuniam cenſetur omnem rem habere. Et ſecundum Curtium Iunior. in *l. 2. §. mutui datio π. Si cert. petat.* Pecunia inſtar polypi cuiuſvis rei vicem ſuſtinere poſſe dicitur, per l. *Si ita fidejuſſ. de fidejuſſ. l. vinum 12. ſi cert. petat. l. datio §. cum per venditorem de act. emt. l. quoties in die 59. d. V. O. l. ſi quis ſtipulatus fuerit 57. de ſolut. l. Titio Seio 81. in pr. de legat.* 2. Vnde nummus non immerito Inſtrumentum humanæ ſocietatis vtiliſſimum habetur & dicitur.

Ex quibus iã liquet, vtilitati & ſaluti publicæ nummum in ſocietate ciuili adinuentum eſſe, & in Rep. neceſſario requiri, ſine cuius adminiculo non poteſt perfecta & beata dici commodiſſimo κοινωνίας medio deſtituta, quâ ciuilem vnionem ſubſiſtere oportet. *Anton. Faber cap. 1. de ſolut. P. Negelinus in libello de ſtatu ciuit. p. 1. c. 11. Caſus 1. Spera 6 9. 4. Danæus 4. polit. 12. pag. 288. Tiallingius in §. huius ſtu-*

dos

*dii.Inſt de Iuſt.& Iurep.2;.Lanterbach.4 pol.14.Budæus in l.1.de con.emt.Polyd.Vir. 2.inv.c.20.Pin ad Rub.C de reſc.ven.p.1.c.1. Conanus l.7 c.5 Confer. Dd in c.1. quæ ſint regalia verb. Monetæ. Tiraq de refract.ligna.§.1.gl.20.n.9.*vti de Lithvanis Munſtetus & poſt eũ Belle Foreſtus l.4. Coſm.& alii de Indis,qui iãdudũ noviter detecti,referũt. Siue belli,ſiue pacis tẽpore quã de cauſa nũmi Nerui Reip.dicuntur. *B. A.m.l.8.*& pecuniã neruos dixiſſe principatus Veſpaſ Dio.refert. Et Plutarch. in Cleomene ait: Qui primus pecuniã neruos rerũ dixit,is præcipue ad bellũ reſpexiſſe videtur. Cui Tacit.cõſentit: *Pecunia belli ciuilis nervi.* Et Iuriſconſ.*in l.§.1. 20. de quæſtion.*Et Impp. in *N.128.c.15. & N.161.* Quicquid Machiavellus & Achilles Tarduccins diſputent, pecuniam nervos belli non eſſe, quos Scipio Ammiratus [quem Scipio Gentilis prudentiſſimum virum vocat] Coſimus Bartolus & alii ſatis refutant. Confer Steph. Guazzium de civili converſatione lib. 2. p. 261. Nummus ergo utilitatis publicæ & priuatæ cauſa quam prudentiſſime inventus eſt, & in Republ. conſtituitur, fruſtra omnino Plinio refragrante, qui lib. 33. cap. 1. dicit. Proximum ſcelus fecit, qui primus ex auro denarium ſignauit, quod ipſum latet autorem. Et Poeta 3. Æneid.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra famis?

Plaut.in Capt. *Odi ego aurum, multa multis ſuaſit perperam.* Gelt betreugt die Welt. Item Ouid.

Effodiuntur opes, irritamenta malorum,
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum.

Quaſi nummi irritamenta malorum & auaritiæ cauſa, quæ radix omnium malorum ſacris & profanis literis teſtantibus. Cum ſcelera non rebus, ſed malitiæ hominum imputanda. Nummorum vſum Indi non nouêre, nunquid propterea à vitiis abſfuêre? Aut ſi quis re bona abutatur, ideo res per ſe mala ſit? cum & optimum quod eſt, abuſu in deterrimum conuerti, & medicamentum ad ſalutem proficuum ad occidionem adhiberi poſſit. *l.236.de V. S.l.3.§.ad l. Cornel.de ſerv. Caſſiod.1.var.10.* Pecuniæ ipſæ quamuis vſu celeberrimo viles eſſe videantur, animaduertendum eſt tamen, quantâ à veteribus ratione collectæ ſint. Nec enim abuſus rerum vſum tollat, quin quæque ſalutaria & vtilia Reip. de ſubdito tollenda.

Sic animis accepta malis ſanctiſſima quæq;
Munera degenerant lethalibus æqua venenis.

Nec omnia, quæ fieri poſſunt, pro factis habenda, ait Apuleius: Et merito invehit in calumniatores metallorum Leonardus Port. *lib. 1. de ſeſtert.* Deus enim Optimus Maximus omnia benè fecit *Geneſ.1 verſ. 13. Mathei in conc.Sarept.1. Zanchaus de oper. creat. lib.3.cap.6. Nicol. Oreſm. de monet. origin. cap. 1.*

Et hæc de primario & genuino vſu nummi, qui in dimenſione omnium earum rerũ, quę mercis loco habentur, conſiſtit, ſatis ſit diſſeruiſſe. Quem alius ſecundarius & varius ſubſecutus eſt in ciuili ſocietate. Cum enim nummus ex numero earum rerum ſit, quæ functionem in genere ſuo recipiunt, & in pondere, nume-

ro, menſurâ conſiſtunt *l.2 §.1.de reb.cre Boet.in Top.Cic.* mutuo dari poteſt. Tum quoque vſuras parare, quæ fructus & reditus ex pecunia Iuriſconſultis dicuntur *L. qui quadraginta 88 §.fin.ad L. Falcid.l generaliter 24 § ſi cui legatum de fideicom.libert. Vſura 34.l. videamus 38.de uſuris, Cujac lib.9.obſer* 15. Quare ſi quis tollat è rep. potiſſimam partem negociationis tolli neceſſum fore *Iac Curt.lib.7 cap.29. & P. Heigius lib 2.quæſt* 1. poſt alios politicos & Iuriſconſultos complures adſtruunt Deinde nummus licet per ſe infructuoſus, interdum locari poteſt *Vinc. Caroc. in tr.in loco tit:de vſur.q.4 n.7.per l.3.parag.fin. commod.* Et vſumfructum in nummis conſtitui cautionis remedio Senatuſconſulto cautũ eſt in *l.1.t.t.π de vſufr.rer.ear.* quæ uſu conſumuntur. Præterea quoque cum aliis rebus nummum permutari poſſe ex *l fin.π.de cond ea data.l.cum hi §.ſi cui π.de tranſact. l. ita conſtante π. de iur. dot l.ſi mulier.π.de pactis.§.conſtituitur Inſt.de vſucap. Plin lib.*31.*c.8.Forcat.in Necyoman.dial.49. Sotus lib 7.de Juſt.&.Jur.q.2.Covarruv de mutat.mon c.7.n.3.* Uti duplex vſus calcei & ad tegendum, & ad permutandum eſſe poteſt Ariſtotelis. polit. 6. & 7. Nummum vero nummis permutari poſſe non dubium eſt. Cuius permutationis genus præcipuum *Cambium* à verbo *Cambiare*, quo Apuleius vtitur, à Græco καλάττω, vnde Francis *Change* i. e. ἀμοιβή, vnde ἀργυραμοιβεῖν, Germ. Der Wechſell, quod & Iſaacus Caſaubonus & Priſcanus li.10.in Apuleii Apologia p.137. Deſider. Heral.1. adverſ c. 4. notauit. Vnde numulariorum & campſorum, id eſt qui permutant nummos, exercitium increbuit. Quorum artes examinat quoque Sotus lib.*6*.de juſt.& jur.q.8. Caietanus & Berandutius de Camb. Denique ipſos nummos etiam vendi ſolitos *l.9.§* 2. monſtrat, in qua lege Cornelia cautum ne quis nummos ſtanneos plumbeos, emere vendere vellet. Quales ad peregrinos refert, puta Philippæos, Tetrachmum Atticum, Siclos Leu. 27. & aliis Barnab.Briſſ.lib. 1.antiqua 8. Quos cæterarum rerum exemplo deduci in emtionem ſolitos Vol. Mætian. lib. de aſſe indicat, vti etiam de Victoriato Nummo. Plin.teſtatur lib. 33.*c.3.* Qui nunc Victoriatus, inquit, appellatur, lege Clodiâ percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Eſt enim ſignatus victoriâ & inde nomen habet. *Ioſeph. Scaliger in Feſt de V. S. in verbo Patres.* Idem videtur innuere *l.18. de vſufr.* Nomiſmatum aureorum vel argenteorum, quibus pro gemmis vti ſolent, vſusfructus legari poteſt, *& l.27.§ 2.de aur.& arg.leg.* quæ Itali *Medaglie.* Galli *Medaillons*, Un'e *Medallias* & *Medalliones* appellant, & nummis vulgatis diſtingunt, ſiue primitus communi nummorum vſui deſtinati, poſtea loco mercis habiti, ſiue in honorem principum, aliumve ſingularem vſum tantum percuſſi, de quibus Anton. Auguſt.in tractatu de num.antiq.dial.1. Sebaſt.Erizzus & Æneas Vicus per diſcurſus agunt. Quo etiam locus ex Suetonio in vitâ Cæſaris Auguſti pag.53.referri videtur. Feſtos, inquit, & ſolennes dies profuſiſſime, nonnunquam iculariter tantum celebrabat: Saturnalibus & quando aliâs libuiſſet, modo munera diuidebat, veſtem & aurum & argenrum, modo nũmos omnis notæ etiam veteres regios & peregrinos. Cum quo Herod.in Commodo conſentit. Quum diem feſtum, inquit, (Saturni) ciuitas agitaret, in quo potiſſimum Romani inuicem ſe colunt, ſalutantque & nomiſmata alter alteri, cęteraque omnifariam munera miſſitant. Idem de Seuero & Dio li.

Digitized by Google

44.de Julio refert. Quales nummos à communi uſu nummario non planitus ſegregatos fuiſſe probabile eſt. Eoque magis, quò magis ad honorandos Principes resveg. ſtas famæ & poſteritati conſecrandas facti eſſent. Quod genus monetæ & hodie in Exequiis, nuptiis & victoriis Principum frequentari ſolet. Propterea quod vix commodiori modo, quàm quotidiano uſu & aſpectu nummorum memoria Principum & rerum geſtarum recoli queat.

De materia Nummorum genuina & ordinaria, Auro, argento, utriusq; pretio & ære.

CAPUT V.

Cauſæ Nummi internæ ſunt, Materia & Forma. Materia Nummi eſt vel Ordinaria & genuina, vel Extraordinaria & Impropria. Forma quoq; perfecta vel imperfectior habetur. Atque inde nummus Verus vel Quaſi exiſtit.

Ordinaria materies ea eligi debet, quæ ſua natura & proportione, rebus vbiq; coæquandis habilis & ſtabilis eſſe poteſt. Qualis eſt materia pretioſa metalli, auri & argenti ubiq; valentis & durabilis. Pretium utriusque juſtum plerumq; duodecupla aut undecupla proportione cõfertur. Quod olim & hodiè admodum variatum.

Deinde quoq; materies minus pretioſa interdum adhiberi ſolet, nimirum Æs, quod minus durabile & incerti pretii, & proinde minus aſtotum. Adeò ut aurum & argentum ubiq; nummorum materiam promiſcuam fermè: at æs quaſi unius aut alterius Reip. aut loci propriam tantum cenſeamus. Hinc nummi fiunt aurei, argentei, ærei. Ex auro & argento inprimis & frequentiſſimi ſunt cudendi, non tam ob præſtantiam, quàm communem æſtimationem. Ex ære verò rariores. Cuduntur autem vel metallo ſimplici vel mixto.

A Quo nummos & quo fine cudi oporteat dictum eſt: Ex quâ verò materiâ & quâ formâ nunc declarandum eſt. In quibus cauſis totius rei cardo vertitur, iiſque benè perſpectis, quivis nummi eſſentiam facilè cognoverit. Materies, quæ formæ receptaculũ eſt priori loco deſcribenda, quàm duplicem fecimus: Genuinam & ordinariam, quæ propriè & quàm commodiſſimè nummis congruit: & Impropriam, quę minus. Altera quidem adhiberi ſolet tempore libero, quando legitimæ materiæ copia haberi poteſt: altera verò neceſſitatis tempore, & extra ordinem tantum ſubſtituitur. Cæterum ordinariam materiam eam eligi oportet, quæ formæ & fini nummi perquam idonea ſit, quæ cum in valore & dimenſione

Digitized by Google

conſiſtat, commodior certè non poteſt reperiri & adſumi, quàm quæ naturâ ſuâ valorē & pretium in ſe continet, i. e. talis materia, quæ cōmuni hominū conſenſu in pretio & æſtimatione habetur, non tantum in eadem rep. ſed in alienis quoq;, quarum cōmercia mutua & neceſſaria eſſe oportet. Quanquā enim princeps legē pretii dicere poſſit: id tamen ultra fines ſui imperii extendi non poteſt: *l. fi. de juriſd. om. iud.* Quantivis pretii etiam ſuos nummos æſtimaverit, niſi & bonitas materiæ inſit, exteri in æſtimationem nō conſentient; Cum pretiū materiæ commune & naturale, non civile in commerciis attendant. Ideircò Principi non eſt licitū pro libitu monetas cudere, verùm cum monetarū uſus juris gentiū & cōmunis atq. *l. 3. de juſt. & jur.* neceſſe quoq; eſt, ut ex tali materiâ formet, quæ ubiq; ſui valorē præſtet, & juri gentium reſpondeat, cujus Principes miniſtri ſunt. Quod & ipſa ſalus & utilitas publica à commerciis dependens: nec non dignitas principis, qui adverſus æquum & bonum in præjudicium ſubditorum & exterorum nihil præſumitur attentare, ſummopere exigit, quodq; exempla optimorum Impp. comprobant. *l. 1. C. de vet. numiſm. prat. Nov. Leon. 12.* Deinde materies talis eſſe debet, quæ formæ capax i e ponderis, characteris & æſtimi: & durabilis, ut finē ſuum perpetuò conſequi queat. Ideircò nummum ex materia non tantum pretioſa (quia & gemmæ & alia id genus pretioſa ſunt) ſed etiam apta ad formam recipiendam cudi oportet, nimirum, quæ flexilis, ductilis & ad numerandum habilis ſit: tum quæ etiā durabilis & conſtans, cum nummus rerum vices & æſtimationes certò & perpetuò ſubire, & futuræ hominum neceſſitati & utilitati inſervire debeat. Quod JCtus innuit, dum ait: Electam fuiſſe materiam, cujus perpetua æſtimatio foret: quo verbo tam materiam æſtimatam, quàm legem æſtimationis à Principe dictam intelligere videtur, cum una præſupponat alterā. Et cum nulla alia in re, quàm in metallis tam idonea materies ad nummos valentes & conſtantes reperiri poſſit, placuit ſapientioribus, cōmuni gentium aſſenſu tria metalla, Aurum & Argentū potiſſimū, atq; partim Æs præ reliquis ad materiam nummorū in benè conſtitutis rebuspub. adſciſcere. *l. 2. § deinde cum eſſet, de O. J. §. 1. Inſti. quib. mod. re. contr. oblig.* Quemadmodum apud Hebræos, Græcos, Latinos, *Exod. 25. l. 35. ff. de pactis.* & paſſim in ſcriptoribus aureorum, argenteorum & æreorum uſum fuiſſe, & adhuc quoque Rebusp. benè ordinatis uſurpari videmus; Cæteris metallis, quod minus apta, omninò repudiatis. *l. 9. verſ. eadem de falſis. Molinæus q. 200. n. 76.*

De auro nemo eſt qui dubitet, quin illud & ob perfectionem & ob præſtantiā, conſtantiam & colorem, quibus cæteris metallis præſtat, inprimis ob ſummū valorem, quo cætera veluti regina ſuperat, ad formandos nummos adhibendū. Quippe quod communi omnium populorum, quibus natura & uſus auri rectè cognitus, conſenſu, pretioſiſſimum metallum cenſeatur, de quo Picus Mirandulanus eleganter & latè & Plin. lib. 33. c. 3. Ariſt. de meteor. lib. 6. Georg. Agric. lib. 5. de auro & cauſ. Matth. Hoſt. lib. 7. c. 1. & Poëta canit:

Uni nil deperit auro
Igne, velut Solem conſumit nulla vetuſtas:
Ac neque rubigo, aut ærugo conficit ulla:
Cunctá adeò firmis illic compagibus hærent.

Poſt

Digitized by Google

Poſt quod ſecundo gradu Argentum locatur. Namque

Vilius argentum eſt auro.

Cujus præſtantiæ intuitu Principes quidam in ſignum Majeſtatis ſingulare, aureos nummos ſibi tantum cudendos reſervarunt, uſumq; auri vendicarunt. Uti ex L. Longobardicâ. *C. de eo qui falſ. monet. lib. 1. de legib. Longob.* conſtat, & teſtatur Procop. lib. 3 de bello Goth. Non aliis quàm Imperatoribus & Regibus Francorum licuiſſe aureo nummo ſuam imprimere figuram.[1] Uti quoque Helena, Conſtantini mater, ſimulatq; renunciata fuit Auguſta, nummos aureos ſub effigie ſuâ cudi juſſit *Zonar. tom. 3.* Impp. quoq. Romanos vetuiſſe, ne privati cujuſpiam effigies auro inſculperetur Niceph. lib. 8. c. 3. refert. Auri etiam ſpargendi jus ſibi reſervavit Juſtinianus *N. 105. c. 2. P. Faber lib. 1. Semeſtr in cap. de magiſt. Rom. Andr. Speckhan cent. 2. quæſt. & Arnol. Clapmarius lib. 3. de arcan. dominat. cap. 9.* Quod Leo tandem ſuſtulit *N. 94.* Et quis ignorat, Regum & Principum æquè profanorum ac ſacrorum palatia & opera magnificentiſſima & ſplendidiſſima facta eſſe ex auro *lib. 1. Reg. 10. Plin. lib. 33. c. 3. Dion in Nerone & alii.* Hodie in Imperio Romano Regi Bohemiæ, atq; Electorib. Eccleſiaſticis & Politicis cõceſſum & reſeruatũ eſſe Jus nummi aurei & argentei, Aurea bulla teſtatur. Tẽpore tamen Salomonis tanta fuit copia auri, ut argentum nihili penſum fuerit. *2. Chron. 1. v. 15. & 1. Reg. 10. v. 20.* Nec quicquã fecerunt aurũ Indi olim, ejus verũ uſum & præſtantiã ignorantes, ut refert poſt alios Majolus in Canicul. colloq. 19. Verũ copia aut vilipendium hujus vel illius populi communẽ æſtimationẽ nondũ ſuſtulit, quemadmodũ etiam barbaros populos edoctos, aurũ in ſummo pretio habere certu eſt. Nec refert, Lycurgum uſum monetæ aureæ & argẽteæ prohibuiſſe, & ex ſolo ferro admiſiſſe levi ſanè ratione, quaſi auro & argẽto è Rep. exulare juſſo non amplius ſuperſit ſtudium divitiarũ, ſed virtutis tantum. *Athen. lib. 6. Dipnoſ. Nicol Gragius lib. 3. de rep. Lacedam tab. 10. c. 1.* Quaſi aliarũ rerum & nummorũ ferreorum etiã, aut alius metalli publica autoritate æſtimatorũ cupiditas & deſideriũ eſſe nequeat. Aurum ergò primaria & pretioſiſſima materies nummorum habetur, id nimirum, quod ex venis metallicis natũ & effoſſum, vel quod ex arenulis fluminum collectũ. Quid ergò de auro artificiali ſeu chymico cenſes? Anne nummis idoneum? Sunt qui id fieri planè negant *Forcat. dial. 6. nu. 6.* & nuperrimè poſt alios Nicolaus Guibertus Apologia adverſus Alchymiſtas. Quibus obviat natura, cujus opera fruſtra nituntur excedere, ut loquitur Oreſmius cap. 2. Sunt qui id fieri & factum eſſe fide oculatâ teſtantur. *Martinus Delrius lib. 1. diſquiſ. Mag. Salmuth in Notis ad Nova reperta. Pancirol. lib. 2.* Quorum litem meam non fecero. Quod ſi hoc facticium aurum veri naturam adæquet, quid in materiæ nummorum ſuâ conſtantiâ & pretio idoneum ſatis videatur?

Porrò auri & argenti proportio ex autoribus colligitur varia, quâ utrumq; commutari ſolitũ, uti referunt ex *lib. 3. Reg. 10. & 2. Paral. 1. & Joſeph. 3. antiq. Pollux lib. 9. Sueton. 57. Liv. dec. 4. Tacit. lib. 17. Herod c. 3. Plin. lib. 33. c. 3. Georg. Agric. lib. 2. de pret. metall. Leon. Port. lib. ſing. de ſeſtert. Joach. Camer. de monet. vet. pag. mihi 304. Covarruvias, Grpſepſius Polon. lib. ſing. de num. Matthias Hoſtius, Budæus de Aſſe lib. 2. & 3. Alcia. lib. 3. c. 9. diſpunct. Bodin. 6. de rep. cap 3. Hotom. de re nummar. 1. de auri &*

argenti proportione pag.349. Budellus lib.1.c.18.& 23.&c. Duodecuplam verò proportionem auri & argentum omnes fermè approbaſſe populos *Bodin. lib. d 6.c.3. de rep. & in Apolog. adverſ. Maleſtret. Carol. Molin. de monet. q 100.n.778. Ant. Fab. de ſolut.c.1. Joac. Cam. de nummis* adſtruunt. Quam & Plato in Hipparcho manifeſtè probat, verba ſunt: Si quis dimidiam auri libram erogās, duplum reportet argenti, lucrum an damnum ſit? Sam. Profectò Socrates. Nam pro duodecuplo duplum ſolummodo capit. Veruntamen plus accepit. An non plus eſt duplum dimidia. Hipp. Non ejusdem dignitatis ac pretii eſt argentum, cujus eſt aurū. Et hodie illam vel undecuplam plerumq; frequentari Covarr. *de vet. num. coll t.1.c.3.n.3. & ſeqq. aſſerit* Noſtrâ, inquit, ætate una quidem auri pars vndecim argenti partib⁹, aliquando duodecim æſtimatur, & pluris etiam ob auri inopiam, vel ejus æſtimationem ex eo contingentem, quod aurum ſit purum absq; ullâ argenti vel æris miſturâ. Verùm nos hîc loquimur tantum de auri purioris & argenti puri proportione. Nam mixti varia eſſe poteſt prout fit varia mixtio. Qualis ſit proportio argenti ad aurum hodie in Romano Imperio, ex ordinat. Imperii conſtat, nimirum vndecupla cum quartâ parte, quam declarat Budell. *lib.1. de monet. c.18. & 23 n.12.*

Præter aurum & argentum adhiberi ſolet quoq; interdum Æs (vulgò Cuprum ab Inſula, ex quâ primùm ad nos perveniſſe fertur Kupffer oder Ertz. *Matheſ. homil. Sarept.7.*) quod minus pretioſum eſt & pretii incerti, quod ferè ſingulis locis variat, & admodum obnoxium rubigini, quæ notam & ipſam materiā exedit. Quâ de causâ nummus æreus minus conſtans erit, & propterea hoc metallum etiā minus frequentari ſolet in nummis. *Bodin. de rep. d lib.6.c.3. & in Apol. adverſus Maleſtrettum. Georg. Agric. de pretio metallor. Confer Camer. oper. ſucciſiv. 1.c.14 & lib.1. medit.* Niſi in quibuſdam Rebuſp. aut civitatibus, quæ auri & argenti copiâ deſtituuntur, quarum fines non facilè egrediuntur, ex quo nummi minimi pretii percutiendi, egenorum gratiâ, cum argenti etiam minima particula pretioſa ſit.

Numinum verò primum apud Românos ex ære factum *Plin lib.33.c.3. Æneas Vicus lib.1. de num. antiq.c.13.* tradit, qui As dicitur *Gell. lib. 20.c.1.* Et quidē Æs grave, Feſtus notat apud Romanos in uſu fuiſſe. Quod ubi de majore ſummâ agebatur, plauſtris convehi neceſſum Livio teſte. Virg. I. in Eclog.

Nonnunquam gravis ære domum mihi dextra redibat.

Item:

Inde domum cervice levis, gravis ære redibat.

Poſt ex auro & argento:

Æra dabant olim, melius nunc nomen in auro eſt:
Victaq; conceſſit priſca moneta nova.

Iſid. lib.16.c.17. orig. Prius, inquit, ærea pecunia in uſu fuit, poſt argentea, deinde aurea ſubſecuta, ſed ab eâ quæ cœpit, nomen retinuit. Unde etiam ærarium dictum *Plin. d. lib.33.c.3.* Uti in Moſcovia quoq; & regno Narſingæ præter auream & argenteam ex ære quoque moneta reperitur. *Lud. Barthen. lib.3. de Indis cap.13. Eccl'e-Foreſt. in deſcript. univerſ. p.1670.*

Optimi verò & frequētiſſimi nummi ex auro & argēto formandi ſunt. Rariores verò ob pretii inconſtantiā ex ære, pro cujusq; regionis aut civitatis ſufficiētiâ ad

Digitized by Google

ad vſu alia & communia victus & amictus commercia exercẽda, quemadmodum in bene cõſtitutis Rebuſpub. videmus. De quibus metallis etiã regulariter accipiendus Iſiodor lib.15.c.17. Orig. Quia in numiſmate, inquit, tria requiruntur. Metallum, figura & pondus. Si ex iis aliquid defuerit, nummus non erit.

De miſtione metallorum in Nummis.

Caput VI.

NVmmi ex auro & argento puro cudi poſſent. Quale aurum Obryzum & viginti quatuor ceratiorum: Argentum duodecim denariorum in Marca dicitur. Verum hodie argento & ære ſaltem modice & iuſte miſto formantur. Nam cætera metalla miſtioni inepta habentur. Miſtionis cauſa cenſetur ſoliditas & durities nummorum. Siquidem puriſſimi aut quatiuntur facile, aut vſu leuiter conteruntur. Tum quoque vt impendium fabricationis aliquantillum repenſetur. Modica vero & æquiſſima miſtura illa eſt, quæ puritati metalli proximior, Qualis eſt, cum viceſimaquarta tantum portiuncula in Marca auri & alieno metallo. At in marca argenti particula ſiue denarius duodecimus tantum ex ære admiſcetur. Hæc miſtionis lex ſpecies mixturæ ſiue gradus metalli vulgo Liga, Aloy Das Pagament/ Der zuſatz/ Schrot vnd Korn/ Das Gehalde dicitur. Quod ſi inæqualior & impurior mixtio fuerit, auri & argenti proportio & æſtimatio dubia & inconſtans exiſtit. Populo ſane valde noxia, nec non corruptioni & depravationi facile obnoxia vulgo Billon.

DIctũ eſt ex qua materiã idoneã in bene cõſtitutis Rebuſpub. nũmos cudi oporteat, nimirum ex auro & argento regulariter, & interdum ex ære. Sequitur vt iam diſpiciamus ex puriſne an mixtis inter ſe metallis eos conflari Reip. expediat. Et ſane vt perpetuo de certâ auri & argenti æſtimatione conſtaret, quæ æqualitate bonitatis, & precii communi rerum dimenſioni conveniret, omniſque falſitas & occaſio adulterandi [cum mixtum & corruptum metallum pro ſimplici non facile poſſet ſubjici, obſtante pondere, ſono & naturâ differente] hac ratione ceſſaret, tum ut negociatio communior, frequentior & certior nummorum bonitati redderetur, & pretia rerum perpetuo & certo conſtarent, nihil vtilius & ſalubrius bono publico videri poſſet, quam nummos ex metallis puris puros cudi, vt diſputat Bodinus li ſing. Gallice ſcripto, quem approbat Freher. in Notis

ad N. Oreſmium p. 43. Quales olim apud Hebræos fuiſſe Auſs lauter vnd Clar feinem Silber vnd Golde *Matheſ. in Sareptâ conc. 14. pag. 227 ex 1. Chron. 29. Dan. 2.* colligit. Item Abraham dicitur agrum emiſſe quadringentis ſiclis argenti, probæ monetæ. Quemadmodum etiam Darium Regem Perſarum, vt ſui monimētū quale nemo unquā relinqueret, ex auro quod pote puriſſimo & excoctiſſimo nommos percuſſiſſe, Daricos dictos. Et Ariandem, quem Cambyſes Ægypto præfecerat ex puriſſimo auro nummos formaſſe refertur. Verba ſunt Plutarchi in Melpom. Δαρεῖον μὲν γὰρ χρύσιον καθαρώτατον ἀπεψήσας ἐς τὸ δυνατώτατον νόμισμα ἐκόψατο. Ἀρυάνδης δὲ ἄρχων Αἰγύπτου ἀργύρεον ταῦτο τοῦτο ἐποίει, καὶ νῦν ἐστι ἀργύρεον καθαρώτατον τὸ Ἀρυανδικόν, i. e. *Darius enim ex auro puriſſimo, quantum pote decocto, numiſma percuſſit. Ariandes vero princeps [præfectus] Ægypti idem ex argento fecit. Et nunc etiam argentum puriſſimum Ariandicum* dicitur. Quæ mixtio olim LL. Corneliâ & Iuliâ de peculatu ſtricte prohibita. Et Tacitum Imperatorem interdixiſſe, vt ſi quis argento publicè privatimve æs miſcuiſſet, ſi quis auro argentum, ſi quis æri plumbum, capitale eſſet, cum proſcriptione bonorum. Et Vopiſcus ſcribit. Et probat Gothus Rex apud Caſſiod. lib. 7. var. 32. hiſce verbis. Auri flamma nulla injuria permixtionis albeſcat, argenti color gratia candoris arrideat, æris rubor in nativa qualitate permaneat. Moſcoviticos quoque nummos ex puriſſimo argento cudi, & aurifices pleroſque ibidem monetarios exiſtere: adeo vt ei, qui argentum infectum vendere velit, tantum nummorum argenteorum rependatur, niſi quod manus pretium ſolvendum ſit, Die Münzarbeit/ ſcribit Rauhe in Coſmogr.

Aurum vero & argentum purum intelligitur quod à metallis alienis arte defecatum eſt, ſiquidem arte utrumque metallum ad tantam puritatem poſſe reduci Chimici hodie aſſeverant, vt nihil heterogenei metalli remaneat, contra vulgi opinionem, qui in marcâ auri purificati ſaltem quadrantem ceratij alieni metalli relinqui putat Quod aurum 24. ceratiorum & paſſim aurum obryzum dicitur, vnde & obryzati ſolidi *l. vniverſos C. de vet. numiſ. præ. l. 1. C. de obligat. vot. lib. 12.* Plin. *l. 33. c. 3.* quod Gellius lib. 6. noct. 5. aurum purum putum. Aliciat *5. parerg. cap. 9. Coarruv. c. 3. §. 1. n. 4. de vet. num. collat. Forcat. dial. 6. n. 5.* Argentum puriſſimum eſt 12 denariorum, quod etiam argentum puſtulatum dicitur Sueton. in Nerone uti legit Iſaacus Caſaubonus *in Not. ad Suet. l. 31. in pr. locati ibi Gothofr. in Not. Alciat. 6. parerg. c. 4. Forcat. n. 7.* ſeu puſulatum. *Eberlin. in l. 1. de o. j. cap. 26. n 11. Cujac. 7. obſerv. 39. Turneb 24. adverſ.* Item putum *Mart lib. 1. epigram.* id eſt, excoctum & purum, vulgo Fein golt/ Lötig golt / fein Silber Gallis *Argent de Copelle.* Inde vulgata formula Das beſte fein golt ſoll auf 24 Karat gradiret ſein, vnd das Silber auf 12 deiner.

Cæterum cum metalla puriſſima vſuram aut tractationem ſine magno intertrimēto ferre non poſſint *Bud. de aſſ. l. 3. Georg. Agric. de pact. metall.* tum quoq; ut impendia ad fabricationem nummorum neceſſaria [quæ vel Principi in ſolutionem ſumtuum, quod Gallis *Seigneurage:* vel magiſtris monetariis in mercedem cedunt, quod *Braſſage* Germ. Schlegelſchatz] repenſentur, apud pleroſque gentes conſuetudine fere communi metalla temperari ſolent. Siquidem nummos populi ſumtibus fabricari oportet. *Budell. in tr. de monet. lib. 1. cap. Oreſm cap. 7.* Et cum com-

Digitized by Google

compertum eſſet, miſtioni metallorum commodius argento & ære nihil eſſe, placuit prudentioribus auro & argento ad firmitatem & ſoliditatem nummorum conciliandam, tum ad expenſas recompenſandas æs admiſceri. Quanquam in aureis nummis etiam argentum potius tingendi quam firmandi cauſa commiſceri videtur. Ita Electreos quoque, id eſt, auro argentiq; temixtos olim ſignatos. Ita enim Lamprid in Alex, Alexandri habitu nummos plurimos figurauit, & quidem Electreos aliquantos, ſed plurimos tamen aureos. Additamentum æris vulgo vocant Das Roth, Eo quod artifices æs ſiue cuprum Roth indigetent, à colore, quem à ſulphure nanciſci dicitur. At argenti Das Weiſs, *Matheſ. in Sarept. conc. 7. p. 101.*

Ne vero mixtura illa confuſionem & corruptionem metallorum pariat, modus certus & quantitas additamenti definitur in vtroque metallo. At cujus rei declarationem ſciendum eſt, quod artifices marcam (moribus Germanorum ſuperiori ævo, quibus in uſu fuit, vt omnia per marcas computarentur, præſertim argenti, uti ex inſtrumentis, legibus &c. apparet, *M. Freher. lib. 2. c. 2.*) auri (quæ Beſſem aſſis ſeu 8, uncias continet) diuidant in viginti quatuor Ceratia vulgo Karat ſeu ſcrupula, ſingulis proinde vnciis tria ceratia aſſignando. Argenti vero marcam in 12 denarios partiantur, id eſt, aurum in 24. argentum in 12. portiunculas. Quo pauciores itaque partes fuerint in vtroque ex ære admiſtæ, eo præſtantius metallum cenſebitur. Quippe quod aurum & argentum eo propius ad puritatem ſuam arte quæſitam & elaboratam accedere intelligatur. Nam

Modus omnibus in rebus optimum eſt habitu,
Nimia omnia nimium exhibent negocium
Hominibus ex ſe.

In Pænulo Comicus ait. Proinde attendat Princeps ad illud in mixturâ metallorum in Capt. act. 2 ſc. 2.

Proximum quod ſit bono, quodq; à malo longiſſime
Id volo.
Non ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo.
Eſt etiam, ubi profecto damnum præſtet facere quam lucrum.

Nam quod additur, quantum fieri poteſt, modicum ſiue minimum eſſe debet, ſiquidem communis lex gentium in percutiendis nummis obſeruanda ſit, vt etiam aliæ gentes tecum contrahant. Adeo vt duritiem tantum conciliet, & ſaltem expenſas aliquantillum reſarciat, ut ferme eadem ratio ſit metalli & pretii nummi. Ad exemplum Romanorum, quod colligitur ex *l. 1. C. de ponder.* verba ſunt. Aurum quod confertur à collatoribus, ut ſi quis vel ſolidos voluerit vel materiam appendere, æqua lance & libramentis ſuſcipiatur. Item ex *l. 1. l. 9. l. cum aurum § 1. de auro & arg. leg. l. plane. § sed ſi pondus π. de leg. 1. l. 35. C. de donat.* Exemplum quoq; in Leone Aſſo habemus lib. 3. p. 141. In quibus etiam nummis Nicolaus Oreſmius modicam miſtionem deſideret, ex c. 3. colligitur. Nunquam, inquit, debet fieri mixtio, niſi tantummodo in minus pretioſo metallo, de quo conſuevit fieri minus pretioſa moneta. Rurſum talis mixtio non facienda eſt niſi pro utilitate communi, ratione cujus moneta eſt inventa. Sed nunquam eſt neceſſitas nec apparet communis

utilitas faciendi mixtionem in moneta aurea, vbi habetur argẽtea, nec videtur poſſe bonâ intentione fieri, neque unquam facta eſt in communitate proſperè gubernata. Jdcirco in auro miſturam prudentiores æquam & puriorem eſſe arbitrati ſunt, ſi 23. partibus auri marca & viceſimaquarta alieni metalli conſtet, cum purum putum aurum vigintiquatuor partibus contineatur. Cuiuſmodi bonitatis aureos in Gallia percuſſos Budæus & Bodinus aſſeuerant. Argenti vero miſtionem æquabilem cenſuerunt, ſi marca vndecim denarios argenti & duodecimam partem æris contineat, cum purum 12. denariis conſtet. *Ev dell. lib. 1. cap. 8. de monetis.* Et exoptandum eſſet (haud tamen ſperandum) talem proportionem metallorum in miſtione ubiq; gentium obſervari. Verum ab hac lege in Rebuſp & Regnis admodum exorbitatum eſt. Unde nummorum varietas & incertitudo ſubiecta in mundo, maximo cum ſubditorũ & Rerump detrimẽdo, nec nõ corruptione & adulteratione nummorũ coniũcta. Quod aurũ in Hiſpania reperitur & in Gallia *22.* & 21. Cer. itẽ 19. & 18. Cer. ex quo Rhenani cudi dicuntur &c. vt *Hoſt l. 8. c. 4. Budell. lib 1. c. 10. Budæus de aſſe l. b. 5.* & alii teſtantur. Adeo que immutatam eſſe bonitatem nummorum in Galliâ ab hinc annis centum, ut 50. ſolidi veteres præſtantiores & meliores ſexaginta ſolidis, qui nunc in uſu ſunt, deprehendantur. Ana. Robert. aſſerit & Camer. de monet. vet. p. 337. Quod ad argentum, eius mixtio quoque ſupra modum varia. *Livius Druſus in tribunatu plebis octavam partem æris argento miſcuit.* Et refert mixturas differentes æris & argenti Budell. lib. 1. cap. 3. Cæterum hic non videndum, quid Romæ aut alibi factum, ſed quid fieri debeat cum ſalute publicâ & vtilitate ſingulorum *l. 12. de off. pro coſſ.* quod ratio publica exigit & exempla optimarum Rerump. comprobant. Factâ ergo juſtâ miſtione auri, argenti & æris, definiendæ quoque ſunt certo numero ſingularum librarum ſiue marcarum partes. Quot nummos nimirum ex ſingulis cudi oporteat. Ut certitudo & bonitas nummorum eo firmior reddatur: Puta in Romano Imperio Ducati cudendi ſunt ex Marcâ Colonienſi auri puri LXVIII qui valituri ſint 104. cruciferos. Aurei Rhenenſes LXXII qui valituri ſint 75. cruciferos. Reichs Abſcheid. Anno *69. §. 55. & ſeqq.* Quo ad argenteos percutiuntur Taleri & Floreni. Taleri (dicti à valle Ioachimicâ Jochims thaler/ubi primum cuſi maximâ copiâ) taxãtur cruciatis 68. Reichs Abſcheid 59. §. 35. Qui poſtmodum recepti ſunt, vt marcæ Colon. Cölniſche Marck argenti puri octauam pendant. Reichs Abſcheid 66. §. 157. Floreni Gülden ex marca, cum ſemiſſe fiant. 60. crucigeros valeant, ſemiſſes quadrantes, ſextantes pro ratâ valeant, Halbegülden 30 Kreutzer. Item 20 Kreutzer/Ortsgulden/16 Kreutzer. Item Der Sechstheil gulden/10. Kreutzer vulgò Schreckenberger.

De forma Nummi, valore publica, & ſpeciatim de pondere.

CAPUT VII.

FOrma Nummi conſiſtit in valore publico. Valor publicus à pondere, charactere & pretio dependet publicis & legitimis. Quorum formalium requiſitorum uno deficiente nummus imperfectior abſolutâ forma deſtitutis

tutus cenſebitur. Nummo ergò cuique ex auro & argento, & majoribus inprimis, etiam mixtis certum & uniforme pondus aſſignandum eſt. Quod deinde cum ſingulis nummi partibus, quas continet, conferendum.

HActenus de verâ & genuinâ nummi materiâ actum: ſequitur ut de formâ ejuſdem abſolutâ, quæ eſſe rei dat *l. Julianus. ff. ad exhibend.* & potiſſima rei cujusq; cauſa eſt, diſpiciamus. Materies enim nihil ad eſſe nummi formale confert, ſed formæ receptaculum eſt. Nec enim nummus eſt quod ex auro, argento & ære eſt, ſed quod hiſce metallis poteſtas nummi autoritate publicâ indita atq; tributa eſt. Quanquam nummus diſcrimine materiæ melior deteriorve eſſe & cenſeri queat. Quæ tamen bonitas à materia dependens nihil de formâ nummi participat, ac vulgus contra opinatur. Varii variè formam nummi adſtruunt, nos eam valore publico ſeu quantitate publicâ cum JCto contineri cenſemus. Quamprimũ enim metallo valor publicus ſeu poteſtas valendi impertitur, nummus eſſe & nomen habere incipit, nec amplius aurum aut argentum ſed nummus appellatur, *l. qui falſam 19. ibi Formare ad L. Cornel. de falſ.* quo ſublato nummus eſſe deſinit, & materies ſeu maſſa priſtinum nomen recipit. *l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio.* atq; privatis poſtmodum in uſu promiſcuo eſſe poteſt. Verùm quid valor publicus complectatur non omnibus convenit. Nos valorem nummi nõ unicâ parte æſtimationis definimus, ſed latius extendentes à tribus requiſitis formalibus dependere arbitramur, quibus cujusq; nummi forma abſoluta & perfecta cõſtat, ſiquidem id perfectum, quod omnibus partibus conſtat *l. 1. de O. J.* Pondere, charactere & Æſtimatione publicis & legitimis, id eſt, quæ publicâ autoritate & juſtitiâ publicâ innituntur. Cum nummus non φύσει: ſed νόμῳ: non naturâ, ſed lege conſtet, ac propterea forma nummi publicitus imponenda & ſuſtinenda ſit. Quod JCtus deſignat, dum ait: *Formâ publicâ percuſſa.* Adeò ut nemo privatorum, licet etiam ex optimâ materiâ, nummum formare poſſit, ut publicum valorem obtineat, ſed inſtar adulterini deputetur. Hæc tria ad formam nummi abſolutam & perfectam conſtituendam in optima rep. neceſſariò requiruntur. Nam tædioſum admodum eſſet, creberrimè ad probationem recurrere: neq; etiam poſſet pecunia accuratè dignoſci, utrum boni metalli & legitimæ mixtionis eſſet, hiſce requiſitis privata. Quâ de causâ electæ materiæ pondus certum tributum fuit, & imago impreſſa & æſtimatio indita publicâ fide, quæ omnibus nota materię bonitatem, põderis veritatem & æſtimationis juſticiam præſeferret, ſuſpicione fraudulentiæ ſemotâ. Quanquam *gl. in c. quanto, in verb. patris. ext. de iureiur.* materiam tantum electam, ponderis quantitatem & publicam figuram conſideret, æſtimio omiſſo. Olim quidem abſq; ſignatione Romanos ære rudi uſos teſtatur Plin. lib. 33. c. 3. ꝗ appendi ſolitum. Et Servius Rex primus apud Romanos æs ſignaſſe ſcribitur. E contra rationi conſentaneum non videtur, olim nummis ex corio factis (qui pro genuinis in rep. Lacedæmoniorum habebantur) certum pondus tributum fuiſſe, ſed ſignatione & ęſtimatione tantum publicâ formam ſuam habuiſſe. Verùm nos hîc non videmus, quid factum aut fieri ſoleat, ſed quid in rep. benè conſtitutâ fieri

debeat. Neq, vice ordinariæ aut veræ monetæ corium, aut quodvis aliud præter aurum, argenrum & æs ad formam recipiendam nummo idoneam, communi politicorum decreto, & naturali ratione dictitante agnoſcimus. Ut verò forma nummi ſolâ lege conſtat: ita legis quoque eſt formam nummi ab initio minus perfectam perfectiorē reddere arg. *l.6. de iuſt. & iur.* cum naturam deproperet edere novas formas & perfectiores. Quemadmodum id factū fuiſſe ex multis juris articulis patet. Propterea nullus hodie nummus præfectus cenſetur, qui hiſce tribus requiſitis non conſtet. Pondus itaq; nummis ex auro & argento potiſſimum ob pretium metalli, quod pondere æſtimatur, communiter aſſignandū eſt certum & legitimum, ut de valore publico, ratione etiam materiæ bonæ certò & publicè conſtet. Eſt autem pondus legitimum pondus conſequens quantitatem ſubſtātiæ infectæ & nummo deſtinatæ. Nam tantum debet eſſe pondus in numiſmate, quantum in materiâ ex quâ fabricata eſt, ſaltem deductis expenſis laboris. Deinde etiā legitimum eſt pondus, ſimul autoritate publicâ innitens, ut omnis fraus & impoſtura, quæ ſummo cum damno ſubditorum & detrimento Reip. committeretur, certitudine ponderis caveri & evitari poſſit. Quod enim fide publicâ eſt aſſignatū, imperitam plebem magis de veritate confirmat & ſæpe etiam labore & difficultate ponderandi ſublevat: idq; eò magis, quādo certum & uniforme pondus nummis ejusdem generis & gradus inditur, ne plebecula ſimplex tam facilè inæqualitate ponderum in paribus nummis decipiatur. Adeò ut qui ejuſdem ponderis, eodem quoque ſint valore. Inprimis verò pondus certum nummis grandiorib. aſſignandum, quod cum ſingulis deinde partibus minutioribus conferendum, ut totum partibus & partes toti ἀναλογικῶς reſpondeant, minutiſſimis ſaltem nummulis exceptis, quorum pondus non tam accuratè attendi ſolet. Nec tantum in nummis ejuſdem metalli; verùm etiam diverſi, puta auri & argenti id fieri publicè expediret, ut quia proportione & analogiâ mutuâ hæc metalla communiter funguntur, proportione etiam ponderis mutuiter convenirent, unde plebirati facile de valore aureorum & argenteorum relata dijudicare liceret. Cum aliâs negociū ſit difficilimum & judicii accuratiſſimi pondera certò diſcriminare, proportione & ponderibus inæqualiter & inconſtanter in nummis aureis & argēteis conſtitutis Verum quanta varietas & incertitudo ponderum in nummis hodiè paſſim in rebuſp. exiſtat, cuilibet ſatis notum eſt, ut vix fides publica ſatis ruta videatur, etiam ruſticis & plebeis, niſi libripendii fide. Sed hîc non videndum quid fiat, ſed quod fieri æquum & bonum ſit. Quod jura & inſtitura Rerump. comprobant. Ita enim Juriſconſultus ait: *Electa eſt materia, quæ uſum dominiumq; præbet non tam ex ſubſtantiâ, quàm ex quantitate:* quod verbū Matthias Colerus pro pondere accipit *in proceſſ. execut p.4.c.10.n.7.p.283. per text in c. quanto. ext. de jurejur.* ibi Ut reprobata moneta, quæ legitimo pondere fuerat defraudata, alia cudatur, quam ad legitimū pondus reducas. Fr. Duar. 1. diſput. *6.* Valorem publicè conſtitutum ex Quantitate intelligit. Cui Robertus 3. Sent. *6.* contradicit: Budæus verò pro Quantitate verbum Qualitate ſubſtituit, ſed minus convenienter. Nos, quia hîc comparatio fit quantitatis & ſubſtantię, à qua quantitas ex parte ſegreganda, *Quantitatem* pro valore publico, qui generatim formam deſignat, & ſpeciatim pro pondere valori

incluſo

Digitized by Google

incluſo accipimus. Quum non tantum in æſtimatione ſeu pretio publico: verùm etiam in pondere legitimo nummus conſiſtat, quod aliâs mentione tantum factâ Formæ, id eſt ſigni & æſtimationis publicæ JCtus inconſideratè præteriiſſe argueretur. Ita Imperatores in *L.1.C.de vet.num.prate.* Solidos, inquiunt, veterũ principum veneratione formatos ita tradi ac ſuſcipi ab ementibus ac diſtrahentib. jubemus, ut nihil omninò refragationis oriatur, modò ut debiti ponderis ſint. Cui ſimilis conſtitutio in Cod. Theod. reſpondet: Et in *l.3.C.eod.Impp* Obryzatorum omnium ſolidorum uniforme pretium conſtituunt, & propterea idem quoq; pondus conſtituiſſe intelliguntur. Et Leo Imp. in *N.72.* plenum pondus in nummis exigit. Quibus ordinationes Romani Imperii, Conſtitutiones Caroli V, tum regni Hiſpan. Gall. Angliæ & aliorum populorum inſtituta conveniunt.

De charactere Nummi.

Caput VIII.

Nummus deinde ſignandus eſt charactere publico, puta Principis vel principis & ejus, qui juſſu aut privilegio nummos cudit. Hæc ſignatio plerumq; continet Epigraphen, i.e. nomen & titulum. Deinde effigiem, inſignia vel quodvis aliud ſymbolum Principis aut cudentis, aut utriusq;. Quę pro arbitrio Principũ & Rerump. eorumve qui jus monetæ habent ob cauſas varias admodum variari poteſt publicæ memoriæ, gloriæ & dignitatis causâ. Ut exinde liquidò pateat fides & autoritas publica veræ & bonæ monetæ cujus ſit: & ut aliquid digni monitu moneat præter ponderis & materiæ juſticiam.

Alterum requiſitum formale eſt ſignum publicũ, puta Principis, aut ejus, qui juſſu vel permiſſu Principis nummos cudit. Aliâs dicitur Effigies, Nota, Imago, Forma publica, Inſcriptio, Superſcriptio, Moneta, Figura: quamvis figuram rectius de qualitate externâ ſignificatu Geometrico accipias: Species in *l.1.C.de vet. numiſ.prat.* Typus, typarium, character, ſymbolum, ſphragiſterium, Iconium, ſingulari & tropico ſenſu Prudentio in hymno 11. περὶ στεφάνων Ænigma:

Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Auguſtus, arcem poſſidens
Cui nummus omnis ſcribitur.

Ut notat Meurſ.p.2.Exercit. Crit.cap.10. in prin. Germ. Der Schlag/das Bildt/ das Gepreg/ die Uberſchrifft.

Pondere itaq; certo aſſignato forma ſeu figura publica imprimenda eſt, quam ſpeciem probam Impp *in l.1.C.de vet.numiſ.prate.* & Leo Imp. formam non adulteratam vocant & exigunt. Cujus rei cauſam Ariſtot. 1.polit.6. reddit: Primum, inquit, numiſma magnitudine & pondere finitum erat, tandem verò & forma

Digitized by Google

impreſſa, ut eos à dimenſione liberaret. ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον. *Character enim ſeu figura quantitatis gratiâ impoſitus.* Quod jus ſignandi, quia fidem & autoritatem publicam nummo confert, Principis majeſtati & Principatus inſignibus meritò reſervatur. Nam publicâ nota nummos inſigniri oportet non tam ut exinde jus regium appareat, quàm ut fide publicâ omnis fraudis in nummis præſcindatur occaſio & ſuſpicio: Siquidem character debet eſſe teſtis veritatis & juſtitiæ in monetâ, i.e. quod ſit veræ materiæ, juſti ponderis & æſtimii. Intutum enim foret, tantam rem lubidini ſingulorum committi. Si enim quilibet hanc libertatẽ haberet, quanta variatio & incertitudo valoris ſequeretur? quanta falſificatio? Unde æqualitas in commerciis & commutationibus non poſſet ſervari, cujus tamen gratiâ nummum cudi oportet. Quin cavendum, ne etiam alius extraneus Principis monetam ſimilẽ figurâ minoris pretii cudere auſit. Cujus rei gratiâ pleriq; Impp. imaginem ſuam præ cæteris (quemadmodum etiam aliâs in operibus publicis ſui nominis inſcriptionem affectarunt *l.3.π.de oper.publ.*) eligere maluerunt. Quippe ut intuitu vultus principalis ſubditi recordentur majeſtatis, autoritatis, amoris & fidei ſui Principis. Hinc Frid. Ænobar. ad Ligur. lib. 3.

Rege figuratam Regis patet eſſe monetam:
Cæſaris & Domino ſub Cæſare fulget imago.

Ita Veſpaſianus ad Imperii majeſtatem deſignandam initio Imperii curavit, ut Antiochiæ aurum & argentum ſuâ effigie ſignaretur *Tacit. lib. 2. hiſtor.* Quemadmodum etiam ex formulis & epiſtolis Caſſiodori liquet lib. 7. epiſt. 32. ubi inquit: Monetæ debet integritas quæri, ubi & vultus noſter imprimitur. Quidnam erit tutũ, ſi in noſtrâ peccetur effigie? &c. Et lib. 6. c. 7. variar. Ut figura, inquit, vultus noſtri metallis uſualibus imprimatur: monetamq; facis de noſtris temporibus futura ſecula commonere O magna inventa prudentum, ô laudabilia inſtituta majorum! ut & imago Principum ſubjectos videretur paſcere per commercium, quorum conſilia vigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum. Juven. Sat. 14.

Conciſum argentum in titulos facieſq; minutas:
Et Satyr. 7. *Cum lance beatâ*
Dacicus aut ſcripto radiat Germanicus auro.

Quod jus nulli privatorum, neq: magiſtratui abſq; conſenſu Principis uſurpare licet, quin majeſtatem principis lædat. Auctor in notit. utriuſq; Imp. Potentia regalis pro licentia ſpeciem ſuam tantum in auro argentoq; ſignavit: quæ pro reverentia figuræ nullis uſibus proficiens ad honorem regium ſacrata permanſit. Quâ de causâ Darius Aryandem præfectum Ægypti capite plecti juſſit, quod effigiem ſuam nummis impreſſiſſet. *Herod. lib. 4. in Melpom.* Et Commodus eadem ſeveritate in Perennium ob id criminis animadvertit, Herodiano teſte. Niſi Princeps aliquem privilegio monetæ donet, ut de Albino Cæſare à Septimio Severo Imp. in conſortiũ imperii adſcito Herodianus ſcribit. Cæterum Severus, inquit, quo omnia credibiliora forent, eiſdem illis ad Senatũ relatis, nummiſq; ejus imagine percudi juſſis, ſtatuiſque erectis, ſimul aliis collatis honoribus, *&c.*

Et

Google

Et de Beliſario legitur, quod cum Iuſtinianus tanto honore dignatus fuerit, vt percuſſo nūmo ſe in alterâ parte, in alterâ Beliſariū armatū cum elogio effingi & ſignari voluerit: Cedreno teſte. Et de Odenato, quē Galienus in Imperii conſortiū aſſumſit. Ex Pollione conſtat, De magiſtratibus vero, quibus munus cudendi monetam creditur, vt olim Triumviris monetalibus *l.2 de O.J.* & aliis, minus dubii eſt, quin Princeps ſeu populus quoque jus ſignandi poſſit concedere. Quod tamen omne eo pacto & modo fieri oportet, ne majeſtas Principis quicquam lædatur aut minuatur. Cum jus monetæ ſit velut inſigne Principatus, & jus præcipuum, quod Principis majeſtatem oculariter omnibus ſemper demonſtret *cap.1.quæ ſint regalia*. Unde etiam Seneca de beneficiis ſcribit, & Sueton. in Tiber. Eò rem proceſſiſſe in crimine Majeſtatis, ut capitale eſſet, nummo vel annulo impreſſam imaginem latrinæ aut lupanari intuliſſe. Quendam etiam Majeſtatis damnatum, qui verbum ſuum verberaſſet, qui denarium argenteum Tiberii imagine ſignatum palàm geſtaſſet manu, *Philoſt. in Apol. Tyen. lib.* 1. Atque Princeps quidem privilegia quæ habet, aliis tribuere poſſit, nec tamen citra diminutionem majeſtatis ſuæ jura ſummi imperii communicare *l. Princeps de ll. 9. l. bene à Zenone. C. de quadrup. praeſcrip.* Principis itaque ſolius aut cui commiſit, jus eſt imprimendi characteris. Porro qualis imago eſſe debeat, inquirendum eſt. Quæ res quanquam definiri certò non poſſit, generatim tamen concipi poteſt, nimirum talis, quæ autoritatem publicam demonſtret: Deinde eo artificio inventa, inſculpta, ne quis eam facile imitari poſſit: Denique ut quid memoriá dignum aut monitu deſignet, nec unquam Principis aut populi famam fidemque & autoritatem lædat aut diminuat. Signa vero nummorum varia fuêre: quæ olim pro libitu principū aut rerump. ex cauſa varia impoſita. Adeò ut quæcunque Principi placuerint ſigna Majeſtatis dignitatiſque imperialis, aliuſve rei gratiâ impreſſa fuerint. Quorum hiſtoriam hic referre inſtituti noſtri non eſt: quicunque eam tamen deſideret, ſcripta Antonij Auguſtini, Ænoæ Vici Conſtantini Landi, Sebaſtiani Erizzi, Adolphi Occonis, Leonhardi Bortii, Ful. Urſini, Marquardi Freheri de re monet. vet. Rom. c. 1. Ioh. Mattheſii in Sareptana concione 14. Lazii de Rep. Rom. lib. 3. c. 3. Caſparis Wageri de antiquis nummis Hebræorum Chaldæorum & Syror. l. 2. Camerarii &c. adeant, de nummis præſertim antiquis, quos vulgò *Medaglie* vocāt Item Alex. ab Alex. lib. 10. genial. dier. cap. 31. Rhodigin. lib. 10. c. 2. Quorū exemplū extat ſingulare apud Leon. Af. lib. 6. cap. 48. deſcript. Afric. Reperiuntur adhuc, inquit, non procul ab oppido [Deuſen à Romanis condito] nonnulla antiquitatum monumenta, quæ ſepulcra eſſe dicas: in quibus argentea quædam numiſmata reperiuntur, literis quibuſdam atque hieroglyphicis inſignita figuris; quarum interpretationem nunquam à quoquam percipere potui, Quia vt Iuriſconſulti verbo utar, non omnium quæ à veteribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. In quibus maximam varietatem figurarum & ſymbolorum invenient, præſertim Romanorum, qui ferè in ſingulis nummis monumenta rerum antiquarum & geſtarum impreſſa relinquere voluerunt. Adeo ut interdum certiora rei geſtæ indicia ex nummis, quam ex hiſtoria depromi videantur. Verbi tamen causâ unum atq; alterum libet addere exemplū. Hebræi ſiclo ſuo inſculpſerunt virgam Aaronis efflorescentē

Digitized by Google

cum thurobulo fumante, ſeu vrna ſacra recondendæ mannæ cum literis *Jeruſchalaim Kotzſcham*, ſancta Ieruſalem: & *Schekeli Jſrael*: ſidus Iſraeliticus, ut refert Arias Montan. in Antiq. Iudaic: & explicat Anton. Auguſt. d. lib. dial. 2. Beza ad 17. Matth. Quem mihi vir quidam amicus præter cæteros varios viſendum exhibuit. Numiſma cenſus à Phariſæis Chriſto exhibitum continuiſſe vultum Cæſaris Tiberii privigni & adoptivi Auguſti cum inſcriptione. *Ti. Cæſar. Auguſti F. Jmperator* in unâ parte: at in alterâ parte aversâ forte: *Pontifex Maximus* vel aliud quippiam elogii, & forte Dianam Epheſiá, cuius D. Lucas meminit Act. 19. Freherus l. un. p.: 4 putat *in deſert. de nummis cenſu & de re mo cap. 2. p. 18.* de quo Prudentius.

En Cæſar agnoſcit ſuum
Nomiſma nummis inclitum
Cui nummus omnis ſcribitur.

Priſcum nomiſma Athenienſium διδραχμον, ſignatum fuit bouis effigie, percuſſum à Theſeo vel ad monumentum ſuæ victoriæ cum ſuperaſſet Charanthonium ſiue Minois Taurum, vel ad celebrandam rem ruſticam Camer. *p. 314. de monet. vet.* Plinius refert lib. 33. c. 3. quod primum æs Romæ ſignatum fuerit à Servio nota pecudum, unde & pecunia appellata, quod etiam Plutarchus in Publicolâ teſtatur. Didymus verò ait: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τιμῶντες τὸν βοῦν διὰ πολλὰ μὲν, ὅτι δὲ ἱερὸν ἐσχάραττον τῷ μὲν ἑνὶ μέρει τοῦ νομίσματος, τῷ δὲ ἑτέρῳ τοῦ βασιλέως πρόσωπον: i. e. *Antiqui colentes bouem ob multa quidem & quod vere ſacrum eſt, ſignificabant in vna parte nummi bovem in altera perſonam regis.* In Latio ſignatum fuiſſe refert Macrob. l. 1. alterâ quidem parte effigiem Saturni, in altera navem. Uti etiam notavit Deſider. Heral. li. 1. adverſ. ca. 8. Auguſtus argenteo nummo notam Capricorni ſideris, quo natus erat, *Sueton. in Aug.* Iulianus Imper. cum aſſiduis Taurorum ſacrificiis ſeſe iactaret, aram & taurum nummis imprimi voluit *Niceph. lib. 10. c. 27.* Alii ut magnum ederent pietatis & venerationis argentum, ſalvatoris noſtri imaginem inſculpſerunt cum inſcriptione. IHS XPS REX REGENANTIUM. IHS XPS EMMANUEL: IESUS CHRISTUS BASILEUS BASILEΩN. Conſtantinus Magnus imaginem crucis in teſtimonium ſuæ fidei *Niceph. Sozomeno Euſebio & alius teſtibus.* Cuiuſmodi ſignis olim & hodie aureos & argenteos ſignatos videmus, puta cum ſymbolis: CHRISTUS VINCIT, CHRISTUS REGNAT, CHRISTUS IMPERAT. *Lipſ. 3. c. 16. de auro & in not. ad cap. 15. lib. 3. Annal.* Hodie decreto Imp. An. *59. §. 3. & ſeq.* Floreni ſignantur Aquilà bicipite & nomine Imp. inſerto pectori eius globo imperii Des Reichs Apffell. de quibus inſignibus in *Aurea bulla 22. & 24. Lips. de cruc. 3. c. 16. Ulyſſes Aldobrandus vol. 1. ornithologiæ pag. 81. Lazius lib. 7. cap. 6. de rep. Rom. Lipſius 2. Ann. Tac. in notis Stevechius in not. ad Veget. l. 2. p. 102.* Adde *Ioannem Meurſeum in Mantiſa ca. 8.* Globo inditus eſt numerus Crucigerorum hac nota 60. Unde vulgo Ein Sechzeger Thaler. Deinde altera parte continentur inſignia, & nomen Domini monetalis. Quæcunque ergo forma ſeu figura nummo publicæ fidei gratia imprimatur, omnem illam ab nutu & moderamine Principis dependere in proatulo eſt, ut ſemper conſtet cujus permiſſu & autoritate nummi in Rep. cudantur, ſiue interdum ſignum Principis cum cudentis ſigno conjungatur, ſiue tantum illius, qui ius monetæ

netæ à principe habet, exprimatur, quod tamem intelligitur autoritate principali inniti.

Cæterum videant principes, ne talia ſymbola vſurpent, quæ ſuſpicionem, inuidiam & odium pariant, & dignitatem minuant. Quale fuiſſe ſcribitur, quod in ſignum pacis olim in Galliâ nummo impreſſum in honorem nuptiarum regiarum Anno 72. die 24. Auguſti celebratarum:

Pacem annuncio vobis.

Et *Conſtrictâ hoc diſcordia vinclo.*

Et inter hoc nomen vtriuſque conjugis ceſſo geniali implicatum atque expreſſum. Verum quam ſimulatum & quam ſubdolum ſymbolum pacis fuerit, crudeliſſima laniena eo tempore perpetrata teſtatur, cujus etiam nummus percuſſus teſtis erit perpetuus. Quale etiam Neronis, qui percuſſit nummos citharœdico habitu indigno Principe. Sueton. Denique è rep. eſſet, nummos diverſi valoris diverſo charactere inſigniri, ut hac ratione plebi imperitæ conſulatur.

De æſtimio Nummorum.

Caput IX.

DEnique publicam & æquam, certam & perpetuam æſtimationem in primis ex bonitate materiæ & iuſto pondere indi oportet.

TErtium & poſtremum requiſitum formale eſt æſtimium pretium ſiue æſtimatio publica nummi: in ſpecie valor & vulgò Die Valvation, à Gallico *Evalver*, quod æſtimare. Nec enim ſatis eſt, nimium pondus & characterem publicum habere, niſi etiam æquo, conſtanti & certo æſtimio publicitus definitus fuerit *l. 3. de in lit. jur. l. 30. de eo quod certo loco. l. 1. de contrah. emt. verbo: Cujus perpetua eſſet æſtimatio.* Quippe quod nummus inſtar legis, quæ publicâ & conſtanti autoritate innititur *lib. 1. de ll. Sotus de juſt. lib. 3. cap. 5.* Ut omnibus rebus venalibus, quarum æſtimatio varia eſt, ſemper & conſtanter adæquari *l. pen de conſtit. pec.* adeoque ſuum finem adipiſci poſſit. Publicè autem debet eſſe æſtimatio, id eſt, autoritate Principis impoſita: tum quæ publice valeat. Pretium equidem metallorum privatus quilibet pro arbitrio dicere poteſt, & pluris minoriſve materiam diſtrahere. Nam in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit minoris emere, quod minoris ſit pluris vendere, & ita contrahẽtes invicem ſeſe circumſcribere; ut Paulus *l. 22. § 3. locat. cond. l. 16 § 4. de min.* modo temperati fiat *l. 2. 4. v. 11. C. de reſcind. vend. l. 3. C. comm. vtr. jud c. pen. de emt.* Sed quanti æſtimatum eſt metallum publicitus in nummis tanto valore ſeu pretio etiam expendendum & accipiendum eſt. Unde non amplius metalli formati pretiũ ab arbitrio ſubditorum dependet, neq; quis impune legem pretii nummarii transgredi poteſt *l. 7 § & gener liter. l. Jus publicum 38. π de pactis l. Neratius. 20. de relig. & ſumt. fun. l. quod bonis 15. § 1. π. ad l. Falcid. l. vlt. ff. de ſeruis & legit.* Uti enim priua-

Digitized by Google

ti legem condere nequeunt, aut ius publicum mutare *d.l. jus publ. de pactis. l. fin. C. de LL.* Ita quoque puri ratione nummi æſtimium definire non poſſunt. Quanquam hodie, proh dolor, cum maximo res publicæ & priuatæ detrimento libidinem & auaritiam privatorum valorem nummi admodum variare animaduertamus.

Deinde quoque aquam æſtimationem indi oportet. Æqua autem illa eſſe intelligitur, quæ ex æſtimio iuſto materiæ & ponderis iure gentium deriuatur. Quippe quod valor auri & argenti ferme communi omnium populorum conſenſu idem agnoſcatur ob communem commerciorum legem & neceſſitatem. Et proinde eundem valorem nummo ex valore metalli aſſignari oporteat. Quanquam enim pecunia ex eorum ſit numero, quæ in iure & quantitate conſiſtunt, in quâ non tam corpus, quam valor & poteſtas attributa ſpectetur *l. 1. § non ſolum ad L. Falcid.* Quod Iuriſconſultus exprimere voluit, Materiã uſum dominiumque ex quantitate magis, quam ex ſubſtantiâ præbere *l. 1. de cont. emt. & fa. l. 29. & 94. de ſolut.* & propterea nummi inter res incorporales referuntur. *l. quisquis 95. π. de legat. 3 l. plane 34. §. 2. de legat. 1 l. ſuis cu l. 94. de ſolut. l. Lucius 24. depoſiti.* Attamen quia ad legitimum & genuinum nummum communi gentium calculo approbatum non tantum forma perfecta: verum etiam materies legitima pretioſi metalli requiratur, cujus æſtimatio conſenſu populorum recepta fermè æqualis: Idcirco pretium nummi perfecti ex materiâ bona, qualis ſuperius deſcripta, & juſto pondere deduci debet, ut eodem valore, quo materies infecta apud gentes nummi facti in commerciis ſuſcipiantur. Quod Ariſtoteles 3. Ethi. innuit, dum Nummum lege nimirum communi populorum, *non naturâ* conſtare aſſerit. Siquidem nummum ius gentium introduxit *l. 5. de Iuſt. & Jur. dial. 1. de contrah. emt.* Bonitatem autem materiæ non tantum ſimplicis, ſed & æqualiter & modice miſtæ intelligo: Propterea quod & illa communi gentium uſu & conſuetudine ubique locorum obtinuit. Ponderis inſuper juſti proportione differente differens æſtimium quoq; aſſignandum eſt, ut bonitas materiæ & juſtitiæ ponderis, nummi verum valorem ſuggerat. Poſſet enim nummus conſtare materia bona, ſed non juſto pondere: & contra pondere iuſto, ſed non materiâ verâ. Utrunque ergo concurrat oportet in æſtimio. Adeo ut qui nummi pondere & materiæ bonitate conveniant, eodem quoque æſtimio, quanquam ſpecie & inſcriptione differant, conuenire debeant *l. 3. C. de vett. numiſm. prate.* Quæ convenientia ut Iuri naturæ congrua, etiam Barbaris æqua videtur, vti conſtat ex Solino, ſtupuiſſe regem Taproban pecuniam, quæ cum liberto Antonii Plocami capta fuerat, quod tametſi ſignata diſparibus foret vultibus parem tamen haberet modum ponderis, cuius æqualitatis contemplatione Romanam amicitiam flagrantius concupiuit. Hanc communem æſtimandi legem Princeps violare nec poteſt nec debet, quin in jus gentium impingat & ſubditos lædat: nec quiſquam fuerit exterorum, qui cum tali principe facile contrahet, & commercia exercebit, eo quod pretii definitio non abſolute in arbitratu Principis conſiſtat: ſed potius juris gentium eſſe cenſeatur, quod Princeps temere labefactare aut minuere non poteſt, ſi bonâ fide & lege communi cudere velit nummos non tantum in ſuâ, ſed etiam in alienâ rep. valituros. Cui ſenten-

Digitized by Google

tentiæ communiter Interpretes juris, nec non politici prudentiores & æquiores adſtipulantur; Principem non poſſe pluris numiſmata æſtimare, quàm materies ipſa rudis certo pondere abſque charactere æſtimetur, ut teſtatur *Curtius Junior in l. 2. §. mutui. nu. 12. ff. ſi cert. petat. Math. de Affl. deciſ. 90. Molinæus q. 180. nu. 798. Gabriel. Sect. 4. ſent. 15. nu. 9. Budæus lib. 1. de Aſſe.* Ut quidem æſtimare publicè nummos ſit juris regii, quod nulli privatorum uſurpare licet (quippe quod privatus legem ferre non poſſit) & tamen nihilominus Princeps ex materiæ bonitate & pondere pretium aſſignare teneatur. Ut etiam Leo Imp. *in N 52.* exigit, verbo *æqualiter æſtimetur*. Contrarium verò exemplum habemus in Nicephoro Phoca Orientis Cæſare, qui numiſma attenuavit, tetartero excogitato. Et quanquam lege & moribus receptum eſſet, ut omnes nummi imagine aliquâ Imp. inſigniti, modò pondere nihil decederet, idem valerent: ipſe tamen ſuâ imagine formatos aliis præferri voluit, aliorum pretio depreſſo: quâ re non leviter ſubditis nocuit, ut refert Pet. Gregor. lib. 36. Syntag. cap. 2. n. 16. Æqua itaque & juſta æſtimatio nummi erit, quæ metalli rudis pretio æquiparatur, vel id parumper ſuperat, fabricationis ſaltem expenſis deductis. Quæ regularis & juſta dicitur, propterea quod non minor nec major ſit, quàm lex gentium, metalliq; modicè miſti æſtimatio requirat. Contra iniuſta, quæ turpis lucri cauſa pro libitu Principis inditur, pretium metalli excedens: vel quæ à contrahentibus adverſus jus publicum nummis tribuitur, quæ Conventionalis dici poteſt: de qua Anton. Faber c. 2. lib. ſing. de ſolut. Æqua eſſe æſtimatio præterea debet eſſe certa & perpetua, ut nummus ubique & ſemper certò res aliâs dimetiri queat. Juriſconſultus in verbo *Perpetua æſtimatio d. l. 3. nu. 10. ſi cert. petat. Fr. Hotoman. quæſt. illuſtr. 15. Iohan. Borcholt in c. 1. quæ ſint regalia. nu. 68.* Propterea quod metalli æſtimatio certa: tum ut Reip. & cuique privatorum ſemper de bonis certo conſtet. Niſi quod interdum urgente cauſa valorem mutari Reipub. expediat, de quo inferius agetur. Hiſce ergò tribus requiſitis formalibus, formam nummi perfectam eſſe arbitramur: quæ non tantum ab æſtimatione publicâ uti Robert. lib. 1. rer. Jud. cap. 16. opinatur, ſed etiam à charactere vero & pondere juſto dependet, *d. l. 2. de contr. emt. l. 1. C. de vet. num. prate. N. 72. & l. un. C. Theod ſi quis ſolid. aur. mod.*

De quantitate, figura, aliisq; Nummi adiunctis.

Caput X.

HÆc de cauſis Nummi. Adjuncta ſunt ejuſdem magnitudo & figura, quæ ſi rotunda tractabilior & durabilior quavis aliâ cēſetur. Deinde quodvis aliud adjunctum, puta Numerus, qui in proportione cum reliquis Nummi valorem aperiat. Annus quo percuſſus. Nomē nummi, quod plerumq; tacitè ſubintelligi, at in publicatione exprimi ſolet.

NUmmi natura hactenus ex cauſis cognita fuit. Atqui cum nummus ut artificiale quoddam & factitium, quantitatem & figuram certam deſideret: Prudentiores eam nummo attribui cenſuerunt, quæ ejus functioni & durationi perquam accommoda, qualis eſt magnitudo modica, & parva, ut ejus tractatio & calculatio eò facilior. Siquidem olim æs grave, quod plauſtris vectum, apud Romanos difficultate non caruit. Livio teſte Lacedæmoniorum etiam moneta ferrea fuit grandis ponderis, ut pretium decem minarum, id eſt, ſeſtertium quatuor M & domi requireret ſpacioſam ædiculam, ubi reponeretur, nec transferri niſi vehiculo atque jumentis poſſet, ut refert Joach. Camerar. de monet. vet. p. 175. Quanquam Lycurgus hujus inſtituti autor pleraque malorum facinorum genera hac ratione ejici poſſe putarit: quaſi nemo furari, aut aliena rapere, aut fidem fallere depoſiti, aut donis corrumpi poſſit, cum non facilè occultari potuiſſent: Tum & figura rotunda, quæ conſenſu Mathematicorum perfectior habetur. Proinde etiam exercitio commerciorum magis idonea, & minus obnoxia adulterationi, corruptioni, arroſioni & fractioni. Alii olim figurâ factos teſtatur Lazius lib. 3. de rep. Rom. c. 3. Aſperi, inquit, erant angulares. Suet. in Nero: Exegitque ingenti ſtudio & acerbitate aſperum. Serratos quoque fuiſſe forte qui negligentius forent elaborati, quorum circumferentia extrema tanquam ſerræ inciſuras præferebat, quę tamen opinio Lipſio in Not. ad Cor. Tacit. de morib. Germ. non placet. Angulares quondam Germanos ſignaſſe hiſtoria conſtat *Mattheſ. in homil. pag. 231.* Et hodie tempore belli, vulgò vocant Klippen. Oblongos nummos inſtar ovi in Muſcoviâ repetiri refert Joan. Rauhe in Cosmograph. Et Indam gentem etiam moneta papyracea forma quadrata uti Auban. lib. 2. c. 18. de mor. gen. Item in inſula Orno nummos extare inſtar longiuſculæ laminæ argenteæ, in utraque parte Perſicis literis inſignitos refert Franc. Alveres cap. 31. pag. mihi 63. Ligneos aſperos quadratos allegat Alex. ab Alex 4. genial. dier. c. 15. Petr. Gregor. lib. 36. c. 2. nu. 4. Sixtin. in tr. de regal. d. cap. de moneta. Quadrangulorum meminit Juſtinianus N. 105. cap. 2. §. Quid autem oporteat ſpargere. Quos τετραγωνίας à formâ quadrata ita dictos putat Andr. Speckhan (2. Cent. Claſſ. 1. q. 6. nu. 5. in fine.)

Deinde ſolent adjungi nummis numeri, qui partes integri exprimant, & qua ratione nummi minutiores toti reſpondeant. Ut præſenti exemplo utamur: Florenus Imperialis Reichsgülden notatur numero 60. qui crucigeros ſexaginta vulgò Kreutzer denotat, cujus partes deinde ſemiſſes percutiuntur numero 30. denotatæ. Item aliæ quarum quatuor totum efficiunt vulgò Ortsgülden. Aliæ deniq; quarum ſex totum, vulgò Schreckenberger ſingulæ 60. & ſic deinceps, quemadmodum conſtat ex Ordinat. Ferdinandi Anno 1559. Ita quoque ſolent groſſi argentei Miſnici numero 24. notari, quod viginti quatuor efficiunt integrum talerum. Nec tamen perpetuum eſt hoc adjunctum, ſæpiſſimè enim ex collatione, publicatione & taxatione nummorum numerus elici ſolet.

Annus quoque & nomen nummi aliquoties imprimi, aut tacitè ſubintelligi ſolet. Nomen verò admodum variari. Interdum enim à charactere inſignito nomen inditur, uti Græcis dicitur βοῦς à bove, γλαῦξ à noctuâ. A pondere & æſtimatione Libra, ſolidus, denarius, obolus & ſimilia quæ nomina ſunt ponderis mo-

netis

netis appropriata. Ab effectrice nummus regius *Sueton. in Aug. cap. 75.* Inde etiam nomen Philippi πρωτικῶς, id eſt, Philippei, ut Horatius:

Regale numiſma Philippi.

Plaut. in Bacchid.

Nunc niſi ducenti Philippi reddentur mihi.

Nam nummi Principum quorum imagines continerent, nominibus appellari ſolebant, ut ex Martiali 4. Epigram. 28.

Et centum Dominos nova moneta.

Juvenal. 8.

Dacicus aut ſcripto radiat Germanicus auro.

A materiâ aureus, argenteus, æreus. A fine ſpeciali νόμισμα φιλίας *Plutarch.* Siclus ſacer *Levit. 27.* Numiſma cenſus *Luc. 2. Marquard. Freher. in ſingul. diſſert. pag. mihi 17.* A natione & populis Græcus, Barbaricus, Perſicus *Pollux lib. 9.* A toto & partibus Æs, ſtater, ſemiſtater: A loco vernaculus, patrius *Plutarch. in Lyſand.* Peregrinus, exterus *Tranq. in Aug. Plat. lib. 5. de ll. Herod. hiſtor. lib. 3.* Eleganter hac de re Leon. Portius in tract. de ſeſtertio: Rudibus, inquit, metallis primo ut virgulis, vel in latitudinem diffuſis, poſtea ad deprimendas adulterantium fraudes ſignatis in commerciis uſos mortales fuiſſe ſatis conſtat. Quibuſdam verſis imaginibus impreſſis hominum & animalium ut ſagittarii, noctuæ & aliarum rerum diverſa nomina impoſita ſunt. Darici, Philippi à regibus, pondere & numero rebus impreſſis, Græcis Drachmæ, Tetracia, oboli: Latinis Denarii, Bigali, Quadrigati, ſeſtertia. Quorum nomina & pretia adeò volventibus ſeculis in diſuetudinem abierunt, ut pauci quid denarii, quid minæ, bigati, talenta, pauciſſimi quid ſeſtertia, intelligant, ita ut ſcirent cum noſtri temporis nummis conferre, de quibus Pollux. Et refert variarum gentium nummos ordine literario lib. 2. cap. 3. de re monetar. Marquard. Freherus. Noſtrum hîc eſt tantum eos, qui vulgates ſunt, obſervare. Coronati ſunt Gallis aurei nummi & Scutati vulgò Kron. Italis *Scudo*, Gallis *Eſcur*, Ducati aurei à Venetis, Genuenſibus & Anglis percuſſi. Philippei Philipsthaler à Philippo Caroli V. Imp. Filio, aliâs Königsthaler. Regall. Piſtoleti aurei Italici, Hiſpani Burgund. Helvet. Item Regales argenti Spaniſche Müntze, Angloti & Sterlingi in Angliâ, Scotiâ & Hiberniâ. Tectones à vultu regum, Floreni à Florentinis aureis Florentiner Gülden, qui poſtea in Rhenenſes degenerarunt, à quatuor Principibus & Electoribus ad Rhenum dicti, & à cæteris etiam uſurpati. Quos poſtmodum etiam Floreni ex argento ſecuti. Turonenſes argentei vulgò *Turnois*, Milareſii vulgò *Milreis*. Portugall. Pagatini, nummuli Veneti, à *pagare*, quod ad ſolvendum paratiſſimi. German. Straßburger Müntz/ Rappen/ Güllicher/ Schnaphan von Reutern; item vulgò Rabengülden dicitur, Quod rex Hungariæ perfoſſi ſui corvi, cum Smaragdum auro incluſam abſtuliſſet, imaginem aureis nummis imprimi curavit. *Matheſ. d. concil. 14.* vbi plurimas ſpecies & earum nomina refert, ut dicatur Batz ab urſo Beer oder Betzen impreſſo, quod tamen commune nomen poſtea extitit. Roß oder Schiffſchnabell à roſa & navi, Jochimsthaler quod eo in loco percuſſi magnâ copiâ: Schillingus à ſiliquâ nomine detorto.

De ſectione & differentiis Nummorum, & quâ proportione inter ſeſe invicem aurei & argentei cudi debeant.

CAPUT XI.

SEquitur Nummi diſtributio, nimirum in partes ſectio, & in ſpecies quodammodo diſtinctio. Nummi enim partitio in partes minutiores & minutiſſimas facienda eſt, quę collectæ integrũ reſtituunt & complent, quæ Græcis κέρματα & κερμάτια dicuntur. Portiones autem debent eſſe quantitatis habilis ad contrectandum & ad numerandum: ut ad quasvis maximi, minoris & minimi pretii merces cõmmutandas ſeu emendas valeant, atque tam pauperi quàm diviti inſerviant. Partes autem iſtæ quò magis numeris integris conſtiterint, eò perfectiores erunt, & uſui populi commodiores, ob facilitatem commerciorum, tum quoq; nummorum commodiorẽ permutationem. Partitioni convenienter adhiberi videtur ſexagenarius: Iccircò ejus ratio inprimis in nummis habenda eſſet. Quanquam hac in parte pro arbitrio prudentis legislatoris per alios numeros fieri poſſit & ſoleat partitio.

Altera diſtinctio nummi ex materiâ & charactere deſumitur. Vt alii aurei, alii argentei, alii ærei percutiantur. Ex auro & argẽto commodius, & rectius cuderẽtur nummi eodem pondere & figura, qui ſibi proportione æquabili reſponderent. Adeò ut duodecim argentei aureo quidem ejusdem ponderis & figuræ reſponderẽt. Diverſi ponderis nummi diversâ etiam figurâ cudendi, ut ſimplicitati plebis conſulatur. Majores nummi ex auro & argento, Minutiores ex argẽto etiam; At minimi ex ære tantum, aut argento miſto, ſed modo certo pro cujusvis loci neceſſitate definiti, ut tantum in illo noti & fungibiles habeantur.

HActenus natura nummorum ex definitione, cauſis & qualitatibus innotuit: Sequitur ut de partitione, & diſtinctione eorundem agamus. Ars naturam imitatur. Ut verò natura bona naturalia, nobilia & ignobilia pretioſa & minus pretioſa, nec non etiam viliſſima produxit, quæ tamen univerſa & ſingula neceſſaria ſunt & proſunt vitæ humanæ: Ita quoque nummum differentias rerum naturalium imitari oportet, ut ſingula dimetiri poſſit ſuâ quantitate. Expedit itaque Reipubl. & commerciis hominum, varios nummos ob varia rerum pretia in Republ.

habeti,

haberi cum impoſſibile ſit, integrum nummum maximi valoris cætera quæque dimetiri poſſe, niſi in minutiores quoque partes ſecetur, quibus omnis generis & pretii merces æqualiter æſtimari, & tam pauperi quam diviti, tam peregrinanti, quam in loco commoranti inſervire ubique poſſit. Siquidem pauperis intereſt victum & amictum obolo comparare, quem opulentus aureo. Hic quoque eſt peregrini, vt nummulos ſecum ferre queat qui ferme ubique valeant, nec portanti moleſti ſint. Niſi quod menſâ argentariâ hæc difficultas in diverſis Rebuſp. ſublevari queat, quod tamen vix abſque intertrimento (Ohne das Wechſelgeldt) fieri poſſe videtur. Nummi itaq. minimi valoris, majoris & maximi cudendi ſunt, qui vbique in eadem Rep. valeant: aut ſaltem permittendum ſingulis provinciis & ditionibus, facilioris & commodioris commutationis gratia minutiores nummos percutere, qui tantum in deſtinatis territoriis valore ſuo fungantur, ubi excuſſi ſunt. Ut ita ſingulis in locis plebi & paupertati conſulatur. Quales equidem nummos certâ quantitate definiri oportet, quâ ditioni unâ cum alijs majoribus ſufficere videantur, ne populus varietate partium & ſpecierum oneretur, nec anſa fraudulentię præbeatur. Cum ſint, qui maiores & optimos nummos congerere & ex illis viliſſimos cum inæquali additamento cudere ſoleant, atq; quævis loca illis ſupplere. Quin quod etiam creditoribus hac in parte proſpiciendum, quibus, aliis ſuppreſſis aut deficientibus nummis, inviſis maxima copia minutiſſimorum in ſolutum obtruderetur. Quandoquidem minutiores portiunculæ non æquè ac majores libræ ſiue marcæ bonitati reſpondeat. Denique etiam attendendum, ne abundantiâ minutiorum æſtimatio contra publica edicta augeſcat. Quo in caſu ſi Princeps augmentum futurum perſentiſcat, facillime & maturè percuſſionem nummorum ad tempus ſuſpendere poterit. Ideoque etiam in benè conſtituta Rep. definiri ſolet, quâ quantitate minutiores nummos viliores & ex ære in ſolutum accipere creditores teneantur. Propterea quod creditoribus moleſtum ſit, & tædioſum accipientibus multum temporis in numerando & expendendo conſumi: tum etiam quod moneta minuta grauior ſit & ampliora ſpacia occupet: adeoque maiori cum periculo & difficultate de loco in locum transferatur: minimi etiam vel plane nullius valoris in aliis locis exoticis cenſeatur: ſiquidem uſus ejuſdem, uti dictum plerumque limitibus loci certis, ubi cuditur determinatur. Conſiderandum eſt bonitatem majoris longe differentem eſſe à bonitate minutioris. Quandoquidem ad percutiendos minutiores nummos maiores expenſas erogari, & propterea majus additamentum adhiberi oportet. Unde etiam reductionem eiuſmodi nummorum difficiliorem eſſe animadvertimus. Quâ de causâ conſtitutum eſt decreto Jmp. Ferdinandi 1559, vt nemo cogatur ultra 25. Florenos minutiſſimæ monetæ (niſi pacto aliud cautum ſit) in ſolutum accipere.

Cauſam habes, cur & quo termino minutiores nummi in Rep cudendi. Quâ ratione verò in partes quam commodiſſime integrum nummum partiri oporteat, iam inquirendum eſt. Placuit autem prudentioribus, præter alios numeros ſexagenarium qui ſubdiviſionibus maxime idoneus, quo & Geometrę & Aſtronomi utuntur eligere. Quippe quod partes huius numeri etiam numeris integris

conſtant, puta ſemiſſe 30. quadrante 20. triente, ſextantę 15. &c. quemadmodum exemplum in Florenis Imperialibus habemus. Florenus taxatur ſexaginta nummulis crucigeris Creitzer/ cuius ſemis 30 Ein halber gülden Quadrans 20, triens 15 ſextans vulgo Schreckenberger. Inde nummi minutiores, qui tres, qui duos, qui unum crucigerum valent. Expedit enim contrahentibus & ſimplici plebi, computationem fieri per numeros integros, vt eo facilius emere vendere, tum quoq; eo facilius nummulos permutare poſſint. Quandoquidem indubium eſt, fractos numeros non difficultate vacare. Non diffitendum tamen eſt, aliis alios quoque numeros placere, quod prudentiæ relinquitur, vt ex partitione taleri Miſnici, qui in duas, in quatuor, octo & 24. partes ſecatur, quæ groſſi dicuntur. & ſingali in 12. portiunculas vulgò Pfenning vnd drener oder greſchlein dividuntur, quæ talerum conficiunt æſtimatione quidem, ſed non æquali bonitate ac ceteræ partes maiores. Quippe quod plus additamenti & æris in minutioribus nummis contineatur, & neceſſario admiſceri oporteat, quam in integro talero, ob ampliores ſumtus percuſſioni impendendos.

Et hæc de ſectione nummi, quæ olim pondere fiebat diſtincto. Hodie verò & pondere & numero. Altera diſtinctio nummi eſt in quaſi ſpecies. Si enim Princeps auri, argenti & æris copiam habere poteſt, conſultum eſt, ut aureos & argenteos ob pretioſitatem metallorum in rep. percutiat. Minores etiā ex argento Groß vnd kleine Müntz Sorten. Quod ex auro minores fieri non poſſint, pretium metalli obſtat. Cum etiam minima auri portiuncula pretioſiſſima & inhabilis propterea ad viliſſimas merces dimetiendum. Quæ ratio in argento etiam militat. Quanquam prudentiores rectius cenſent ex mero ære minutiſſimos & minimi valoris nummulos, quam ex argento groſo fieri. Verum obtinuit vſualem pecuniam fieri ære admixto apud omnes ferè gētes, uti ſunt Albi Weiſſe Bazzones Batzen groſſi Bohemici Drenkreutzer/ Dreyer/ pfenningi Heller. Ut pauperes etiam minimi pretii res comparare & ditiores vero eo liberalius & frequentius pauperibus eleemoſynas erogari poſſint.

Ut autem aureorum & argenteorum ratio eò certius conſtet, nummos aureos eodem pondere & figurâ cudendos ſuadent Politici, ut qua proportione utrumq; metallum conveniat, etiam eadem ratione ex ponderis & figurę convenientia appareret, puta auri & argēti proportio fere duodecupla eſt. Unde argēti nūmi duodecim ejuſdem ponderis & figuræ nummo aureo convenirent, ſiue quantacunq; ſtatuatur à Principe ratione additamenti proportio. Cæteros vero qui pondere differunt, etiam diverſa imagine ſignari conſultum & utile eſſet, propterea quod inde non tantum facilime de certitudine valoris conſtare, verum etiam cauſa corrumpendi, & adulterandi averruncari poſſit. Quocircà dolendū eſt, hodie tam diverſi ponderis aureos & argenteos nummos diverſiſſimæque bonitatis extare, & in unâ eademque rep. admodum cumulari. Æreos autem nummulos definitâ tantum copiâ pro cujuſq; loci ratione neceſſario cudi publice intereſſet. Quippe quod fraudes facilius in corruptione iſtorum committi, nec tam facile obſervari queant, adeoque indies deteriores increbreſcant. Quo fit, ut optima moneta Groſſe Sorten à falſariis in peſſimos iſtos nummulos conuertatur, lucri faciendi gratia

di gratiâ/ Die alten vnd gutten Thaler kommen ſelten wieder zum liechte. Namque vt Vol. Mærtian. lib. de Aſſe. Omnis nummus argenteus ex numero æris poteſtatem accipit. Et Auſon. ait:

Auri magnus honos, auri pretium tamen eſt æs.

Ita ſane hodie æroſos nummos aureis & argenteis cum maximo compendio commutari videmus. Cæterum hîc non ſpectandum & imitandum quid fiat, ſed quid fieri debeat. Qua ratione olim nummi apud Romanos, Græcos, Hebræos & alios populos convenerint, ſatis luculenter demonſtrant ſcripta eorum, qui proportiones iſtorum perſcrutati (utut ἀκριβῶς & examuſſim collatio fieri vix poſſit) & cum nummis noſtri temporis contulerunt, ad quos Lectorē remitto, cum inſtituti noſtri non ſit, omnium nummorum hiſtoriam & collationem inſtituere.

De probitate & autoritate Nummi, id eſt, quid ſit verus, probus & publicus Nummus: Et cujus ſit in converſatione civili.

Caput XII.

EX antedictis probitas Nummi duplex eruitur: Intrinſeca & extrinſeca. Intrinſeca conſtat bona materia & forma perfecta, id eſt, pondere, imagine & pretio legitimis. Extrinſeca, quæ à legitima cauſa efficiente dependet. Quamuis vulgò intrinſeca deſcribatur maſſa bona & pondere juſto. Extrinſeca charactere & valore publico. Genuinus ergo & probus nummus eſt, qui bona materia, pondere, charactere & pretio legitimo conſtat: Græcè νόμισμα γνήσιον, νόμιμον, ἔννομον, δόκιμον: Contra Improbus, adulterinus, κίβδηλον, ἀδόκιμον. Vnde tandem nummi legitimi autoritas proficiſcitur, ut à nemine probari poſſit & debeat impune.

HActenus de cauſis nummi: Ex quib. bonitatē ejus duplicē adſtruimus: intrinſecā & extrinſecā, alio quidē ſenſu, quā quo vulgus accipit, ſed veriori. Unde nūmus vel bonus & genuinus vel probus (ἀργύριον δόκιμον) purus vel malus & adulterinus dicitur *Cic. 3. off. Pollux l. 9. & paſſim IC. l. Lecta de re. cre. l. Tit. 7. de conſt. pec. L. 1.* ;8. Argēti probi Attici, Apud Feſt. Puri probi Bonitatē dico nō formā quippe quod forma nūmi ſit vnica tantū intrinſeca, quâ nūmus eſſe habet, & quæ unâ cū nūmo ingeneratur, nec ab eo ſeparari poteſt, quin nūmus eſſe deſinat. Unde facile dijudicare licet, quo fūdamēto vulgo forma eſſentialis & acceſſoria ſeu extrinſeca in figura & pretio adſtruatur, cum nullius rei vera forma duplex eſſētialis &

accidentalis, ne dum nummi dari poſſet. Quippe eſſe eſt cuiuſq; rei unum & ſimplex, unione unius formæ & materiæ, quâ diſtinguitur ab aliis omnibus. *l. Iulianus π. ad exhib.* Bonitatem verò rerum non tantum ex formis, ſed etiam materiâ aliiſque argumentis æſtimari poſſe manifeſtius eſt, quam ut demonſtretur. Ideoq; etiam duplicem bonitatem nummi hîc colligimus: primum intrinſecam partim intuitu materiæ, quâ conſtat, partim formæ, per quam eſt. Utraque enim eſt intrinſeca, quod vtraque cauſa de ipſa rei eſſentia & rem ipſam ingrediatur, eique inhæreat. Vulgus alteram, quæ in materia eſt, bonitatem intrinſecam: quæ in forma extrinſecam bonitatem, quæ à valore nummi dependet, ignoratione fortè formæ, quæ nunquam accidentalis & extrinſeca eſt, ac proinde etiam bonitas, quæ æſtimatur, non alia niſi intrinſeca cenſenda eſt *Covarr. quæſt. pract. c. 8. de vet. num. prat. Molinæus de contract. q. 93. n. 716.* Rectius quis alteram materialem, alteram formalem bonitatem dicat. Extrinſecam deinde bonitatem ratione efficientis ſeu cudentis nummum, quæ non alia, quam Princeps aut Reſp. eſſe poteſt, eſſe arbitramur. Utut enim privatus ex optimâ materia, juſto pondere, pretio & charactere legitimo auderet auctu priuato, falſarius tamen haberetur, & reſpectu autoris falſus nummus cenſeretur: quippe autoritate publicâ deſtitutus, quæ valorem publicum impertitur. *l. 2. C. de falſ. monet. l. ſacrileg. §. quin. cum in moneta π. ad L. Iul. pecul.* Ex quibus conſtat bonum nummum eſſe primum ratione materiæ bonæ, auri aut argenti, cum æquabili etiam additamento. Deinde formæ, quę iuſto pondere verâ imagine, & publica æſtimatione continetur. Deniq. ratione Principis, qui publica autoritate nummos cudit. Cuius autoritas non priuata, ſed publica eſt adeo ut à nullo in commerciis reprobari poſſit aut debeat, quin pœnam Principis incurrat. Uti enim nemini fas eſt legem violare: ita quoque nummum, qui inſtar legis, reſpuere aut reiicere nefas eſt. Quippe quod jus quod publicum privatorum pactis tolli non poſſit *l. Ius publ. π. quod de pactis.* ſed legibus omnibus obtemperare conuenit, qui in eadem rep. vivunt *l. 1. de LL.* modo nummus legitimus ſit, quippe quod ἑπομένως cuique liceat nummos reprobos reprobare, quorum etiam effectus in ſolutione nullus eſt: *l. Eleganter 24. §. 1. de pignor. act. Paul. 5. ſentent. 25. l. 1. C. de vet. num. prætr. N. Leo. 52. Item lib. 3. Longol. LL. 28.*

Hic ergo officium erit Politici, ut in examine nummorum veterum & recentiorum bonitatē & materiâ & formâ legitimâ, id eſt pondere, ſigno, pretio iuſto æſtimat, & cum nummis ſuæ reip. conferat, ut quantum differant, aut conveniant, pateſcat, quâ factâ collatione explorabit, quâ æſtimatione [ſi opus fuerit] in ſuâ rep. admittendi. Quod partim fide & comparatione hiſtoricâ, partim adminiculo artificum monetalium & Zygoſtatæ facie. Quam artem examinandi olim nummularii tenuiſſe dicuntur ubi ex *Theocr. Idyll. 12. Maxim. in Sermon. 8. Lucian. in Paraſito. M. Freherus in parerg.* refert. Uti uidemus Ant. Aug. Conſt. Laudum, Vicum Erizzum, Golzium & alios in characteres, inſcriptiones cauſaſque veterum numiſmatum inquiſiviſſe. Ponderis verò & valoris rationem inveſtigaſſe, & cum ſuis nummis contuliſſe Bortium, Budæum, Gallicos cum Romanis, Græcis & aliis exoticis. Georgium Agricolam Miſnicor. Covar. Hiſpanicos: Iob: Marthuſium

theſium & Hoſtum Hebræos, Græcos, Romanos cum noſtratibus. Bilibaldum Birckmeierum Noribergicos cum aliis &c. Quæ res ſummi ſtudii eſt & acutiſſimi judicii: Hæc enim examinare non cujusvis eſſe ex Cic. ad Att. conſtat: *Vide ne qua lacuna ſit in auro, ego iſta non intelligo.* Et ex Plauti dicto: *Etſi*, inquit, *nihil ſit tam ſimile, quàm ſolidus ſolido, tamen etiam diſtantia quæritur in auro, vultus, ætas & color, literatura, patria & gravitas ad ſcriptulos quæritur in auro plus quam in homine:* ſed ejus tantum, cui de hiſtoriâ & noticiâ veterum nummorum & noſtratium ſatis ſuperque conſtat, & qui naturam metallorum, ut de Georgio Agricola Bodinus in Meth. c. 5. teſtatur, perſpectam habet. Imò hæc nunquam poterunt ad vnguem & κατὰ τὸ ἀκριβὲς exquiri, cum non ſolum in diverſis temporibus ac locis ac gentibus, ſed his etiam iiſdem pecuniam ac nummos detrimentis quibusdam manuum variare compertum ſit. *Camer. pag. 322. de monet. vet.* Poſtremò hîc obſervandum eſt, Nummos percuſſos ratione materiæ & formæ quoad dominium eſſe Principis. Quod enim ex meo fit, meum eſt, & quod meum eſt, ad alium non pertinet. Verùm quamprimum eorum dominium ſubditi adipiſcuntur, non amplius ſunt Principis, ſed ſingulorum. Quippe quod dominia juris gentium. *l. 5. de juſtit. & Jur. l. 1. de acquir. rer. domin. §. ſing. Inſtit. de rer. domin.* Nec obſtat quod Salvator noſter Matth. 22. ait: *Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: & Deo, quæ Dei ſunt.* Quaſi diceret: Cæſaris eſt imago: Ergò numiſma Cæſaris. Quippe quod longè alio ſenſu hoc protulerit. Nimirum ideò reddendum eſſe numiſma Cæſari, non quod ipſius numiſma, ſed quod tributum numiſmate Cæſari debitum ſolvendum eſſet. Nam cui tributum, tributum: & cui vectigal, vectigal. *Apoſt.* Quod Cæſari ideò debetur, quod pro Republ. vigilet & laboret & publico bono monetam percutiat. *l. benè à Zenone. Cod. de quadr. præſcript. l. 1. de contrah. empt. Nicolaus Oreſm. cap. 6. de monet.* Nec obſtat quod omnia principis *l. deprecatio ad Leg. Rhod. de jact. l. benè à Zenone. Cod. de quadr. præſcript.* Quod Seneca rectè declarat: Non dominio, ſed imperio. Cui & in quem populus poteſtatem & imperium tranſtulit *l. 1. de conſtitu. Princip. Frider. Pruckman. §. ſoluta poteſt. cap. 3. num. 117. Johan. Copus quæſt. 44. deciſion.*

De arte & modis fabricandi monetam, Officinis, Magiſtris & miniſtris monetariis.

Caput XIII.

AEs fabricandæ monetæ conſiſtit in præparatione & efformatione metalli. Efformandi modi frequentiores reperiuntur duo Fuſio & Percuſſio. Cui nuperrimè Impreſſio acceſſit. Cujus rei gratiâ Officinæ certæ publicę, quoad fieri poteſt, quã pauciſſimæ conſtituendæ ſunt. Tum magiſtri & miniſtri idonei & probi præficiẽdi, ut omnis fraus

& corruptio evitetur. Ex miniſtris præcipuus eſt examinator monetarum, qui nummos probat, quem aliâs Lygoſtatam, vulgo Wardinum appellant.

De naturâ, diviſione & bonitate nummorum hactenus actum: ſequitur ut paucis etiam de arte & modis fabricandi nummos videamus. Cum maximè ſit è republicâ & privatâ, nummos quàm facilimè & exactiſſimè & optimè formari. Ars faciendæ monetæ in tribus potiſſimum conſiſtit: In metalli excoctione & præparatione: deinde in conciſione, ut in portiunculas & laminas metallũ concidatur: Denique ut typario cudatur, feriatur percutiatur & ſignetur. Steph. Pighius Campenſis in Hercul. Prod. Laminas formis ſubjiciendas hoc ferè modo præparant. Certum pondus metalli puri culinis injectum liquefaciunt in fornacibus adduntque mixturam: auro argenti tantum, & argento tantum æris, quantum permittitur lege monetariâ imperiali vel decreto Principis, aut civitatis, cujus impenſis moneta formatur. Jam liquidum ac ita temperatum fundunt in canales ferreos & formant in bacillos bipedales: quos deinde malleis ſubjiciunt & extendunt in laminas craſſas aut tenues, latas aut ſtrictas, prout ratio, pondus & magnitudo monetæ formandæ poſtulat. Itaque lamina facilimè formas ſupplet, & eo minus ſuperflui reddit formæ viciſſim tantæ perfectionis nummos proferunt, ut correctoribus parum negocii fiat in iis ad æquilibrium ſive legitimum ſuum pondus per bilances redigendis. Quam fabricandi rationem Georgius Agricola, Münſterus & Belle Foreſtus deſcribunt latius: Et generatim colligere licet ordine paululum inverſo ex Lucano:

Primus Theſſaliæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ,
Fudit & argentum flammis, aurumq́; moneta
Fregit & immenſis coxit fornacibus æra.

Totius hujus negocii modus & ordo ab ipſis artificibus peti debet, cujus meminiſſe tantum hîc ſatis ſit. Quantum obſervare in moneta Veneta & alibi licuit. Cæterum hiſtoria & experientia monetalis artificii duos modos ſuggerit, Fuſionem & percuſſionem notiores. Fuſio antiquis in uſu fuit, cui Percuſſio ſucceſſit. Ideircò non fruſtraneæ diſquiſitionis eſt, cur Percuſſio ſuffecta fuſioni, & nunquid magis expediat percuti nummos, quàm fundi? Optimũ ſanè modum nummos formandi cum eſſe unusquisque intelligit, quo nummi perfectiores & conſtantiores pondere & figurâ, tum quoque minus obnoxii corruptioni redduntur: & qui quam facilimè & commodiſſimè Reipub. expediri queat. Quod ſi quis jam commoda fuſionis perpendat, facilè perſentiet, nummos fundendo rotundiores fieri. Quò autem rotundiores, eò etiam perfectiores eſſe & minus obnoxios præciſioni, arroſioni, ruptioni & flexioni conſectarium eſt: tum quod forma expreſſior & diuturnior infuſæ monetæ inhærere videatur: quod ſanè maximum eſt in nummo, quo ab aliis omnibus dignoſcitur, & ſuum eſſe habet. Accidit etiam quod numiſmata quæque æquali pondere, formâ, magnitudine & craſſitie proveniant ex fuſione. Unde ad lterationis & confuſionis metalli falſi, quippe quæ facilè additamentum

tamentum inſitum vel falſum detegat, omninò impatiens eſt, ut acutè & argutè differit [redacted] autoritate innitens artificum, qui metalla certo pondere & volumine atque proportione dimetiri & probare ſciant. Ut taceam de moleſtia & tædio ex malleorum agitatione, à quibus fuſio planè libera eſt. Propterea videtur major numerus nummorum fundi poſſe uno die, quàm alioquin integro anno percuti. Exemplo deniq; ſunt Hebrei, Perſę, Ægyptii, Græci, Latini: qui monetam in formâ proplaſticâ fecêre. Quem modum Bodinus ob prædictas cauſas recipiendum eſſe in Remp. ſuadet de rep. & apol. adverſ. Maleſtret. Unde certè concludendum eſſet, antiquiorem fundendi modum longè præſtantiorē eſſe. Quærat ergo quis, quæ ratio alteram percutiendi ſuffecerit? Sunt qui cauſam inopiam auri & argenti aſſignant. Quamprimum enim cœptum fuerit auro & argento laborare, exhauſtis undique fodinis & metallis ubique conſumtis, uſu deperditis etiam occultatis & diſſipatis, coactos fuiſſe Principes monetam tenuiorem fabricare veriſimile eſt, ad quam ſignandam etiam malleolus ſatis fuit. Quem percutiendi modum non pauci ſubſecuti ſunt abuſus & incommoda. Ex quâ cauſâ Bodinus dicit percutiendi modum antiquiorem fuiſſe ob penuriam metallorum, cui alterum ſuffecerunt veteres, majorem copiam auri & argenti adepti. Quod prudentis viri judicio dijudicandum relinquitur. Cæterum hodiè modus percutiendi in omnibus rebuspubl. adeò frequentatur, ut alter omninò in deſuetudinem abiiſſe videatur. Paucis eum deſcribit Joan. Mattheſius in Sareptanâ cap. 12. p. 249.

§. Es iſt heute zu tage nicht ein gemeine kunſt in der Gießkammer eine beſchickung zu machen / vnd ordentliche vnd gebürliche korn vnd ſchlag behalten / vnd ein rund vnd rein geprege auff ein Circkelrechte vnd ebene Platten pregen / wie auch hierzu viell mühe vnd harter arbeit gehöret / wann man die groſſen ſtück Silber mit Meiſſeln zuſchröter / vnd in die Tiegell eindinget / vnd hernach das Roth nach geſetzter prob zuſetzet vnd recht beſchicket / wie es der halt erfodert. Item: So man auß dem zerlaſſenen werck Silber zinnen geuſſet vnd dünner ſchlegt / vnd nach dem ſie wieder glüet ſeyn zuſchröter / oder ſchröttling drauß ſtücklet / vnd mit Querſchhammern breit ſchlägt oder quetzſcht / vnd in der Glüepfannen wieder abglüet / vnd folgend mit der Benemſcher beſchneidet oder benimmet / das ein jeglich ſtück ſein ſchrott vnd gewicht behelt. Item: Wann man ſolch benommen Gelt wider darzu gleichet / vnd es zum dritten mall glüet / vnd darauff in den Beſchlagzangen mit Plathämmern beſchlägt / vnd kurtz beſchlagen Gelt drauß macht / vnd nach dem es abermall geglüet vnd beklopft / vnd die Platten weiß gemacht / wann ſie in Weinſtein geſotten werden / Alß dann werden die Platten rein gepreget / wann Pregſtock vnd Pregeiſen rein geſchnitten / vnd wol auff einander gefüget / vnd der Preger ſeiner kunſt gewiß vnd fertig iſt. Da aber die geſchlagene Müntz nicht rein oder zu grund angangen vnd ſie keppicht vergriffen / verruckt / zukenet / oder zerſchreckt iſt / das nennet man von der Eiſen / der im Schmideſtock / der von Schmieden oder ſtücklein alſo genennet / Eiſalien / die ſetzt man neben dem andern / ſo jhr ſchwehr vnd gewichte nicht haben / wieder in

tiegell/ vnd geuſſet vnd müntzet es von newen. So viell mühe vnd arbeit gehöret hier zu/wann man was reines vnd ſaubers außmachen will.

Hæc ille quæ propter terminos artis linguâ Germanicâ addi placuit.

Tertium modum quidam adinvenere in mola, verùm uſu compertum eſt, ſigna non ſatis exprimi, & materiæ ſemper aliquid decedere, & ipſum ſonitum à monetis incude percuſſis longè differre: neque etiam ejuſdem ponderis nummos efformari, propterea quod laminas tenuiores in uno quàm in altero loco extitiſſe animadverſum ſit. Cujuſmodi elegans exemplum extat in Hercule Prodico Stephani Pighii: Novum noſtri ſeculi inventum formandæ monetæ, nimirum quod aurei, argentei, æreique nummi non flando feriundóve fiant, aut malleis cudantur: ſed expeditiſſimè prælis inprimantur. Aquaria rota impetu magno circumagit machinam ferream organo horologico non abſimilem. Conſtat enim ex rotis dentatis multis ſic inter ſe connexis, ut impellant coactæ per rotam aquariam. Volvunt autem in medio machinæ junctos duos cylindros ex chalybe in ſummã duriciem temperatos. Quorum unus alteri ſuppoſitus eſt, & aguntur ambo ſimul rotis illis dentatis motu adverſum ſeſe, ut ſuperior deorſum, inferior ſurſum ſemper rotetur. In his cylindris artifice manu ſunt inſculptæ nummorum formæ & characteres per circuitum, eâ magnitudine & proportione, quâ nummus juſto cum pondere ſuo debet exprimi. Habet autem in circuitu ſuo cylindrus quilibet tot formas ejuſdem nummi ſimiles, quot pro ſpiſſitudine capere poteſt, eaſque non nihil extantes cum marginibus acutis à reliquâ cylindri ſuperficie, quo poſſint ſuperabundans metallum è cælatura ſeparare, & è characteribus eiicere. In ſuperioribus cylindri formis cælatæ ſunt cruces aut Principum imagines cum ſuis titulis atque parergis quæ in uno numiſmatis latere debent exprimi. Sic inferioris cylindri formis, quæ in altero latere ſcilicet inſignia Principum aut civitatum. Hactenus Pighius.

Porrò ut omnis fraus in cudenda moneta evitetur, officinarum & artificum quoque monetalium ratio habenda eſt, adeò ut prudentioribus placuerit officinas publicas certo numero conſtitui: quarum quò pauciores, eò circumſpectius in illis agi præſumatur, & minus fraudulenter. Publicæ verò publicâ fide & autoritate inniti debent, exemplo Romanorum & aliarum rerumpubl. Etenim Romani templum Junonis ad hanc rem deſtinabant, in quo tria genera monetarum, pura & ſimplicia ex auro, argento & ære formabantur. Triumviros quoque monetales conſtituebant, quorum curâ monetæ publicè in conſpectu omnium conflabantur. Et ne quis in pretio deciperetur, certum locum quoque conſtituerunt, in quo monetæ probarentur Marii Gratidiani rogatione, ut poſt alios notat Eberlinus in l. 2 de Origin. jur. & M. Hoſtus in tractat. de re nummar. In Caroli Magni Capitulis *lib. 13. de falſa moneta* habetur: Quia in multis locis contra juſtitiam & contra edictum fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta ſit, niſi in palatio noſtro, niſi forte iterum à nobis fuerit aliter ordinatum. Ita quoque conſtitutum eſt in Imperio Romano. Poſſunt tamen nihilominus quædam monetæ (Müntzen) permitti iis, qui metalli fodinas habent, in quibus tantum nummo-

Digitized by Google

nummorum cudant, quantum metalli ex venis metallicis lucrari poſſunt. Alîas quicunque jus monetæ conceſſum habent, & indultum à Principe, teneātur tantum in principalibus ſeu publicis officinis ſuos nummos percutere, adeo vt quantumcunq; auri & argenti commercio conſecuti, id eò conferant & nummos exinde formari curēt. Qui ratione quā tutiſſime corrumpendi technæ amputabūtur. Conſtitutio itaque officinarum prudentiæ politicæ relinquitur, vt ſi Monarchia aut Reſp. tam late diffundatur plures neceſſario inſtituantur. Hiſce officinis perficiendi ſunt magiſtri & miniſtri probi, periti, & iuramento obſtricti. Nam vt Plaut. in Pœnulo:

Proba materia eſt, ſi probum adhibes fabrum.

Tum quoque magiſtratus monetarii ordinādi, qui probent & examinent monetas, antequam in vulgus diſtribuantur, num juſtè ſincereque fabricati fuerint à monetariis *arg. l. 1. ad L. Jul. pecul.* Quibus hac de cauſa privilegia concedenda *l. 2. C. quibus ex cauſis. l. 7. & 13. C. de murilegul. l. 6. C. de dig. l. 2. C. de falſ. mo.* Cū omnia in monetâ fieri fide publicâ, Reip. & privatorū utilitas sūmopere exigat. Quos vero & quali diſcrimine ejuſmodi magiſtros, miniſtros, & magiſtratus monetales conſtitui oporteat, prudens legislator æſtimabit, ex neceſſitate & utilitate rei nummariæ, ſuæque Reip. ſtatu, collatione aliarum ordinationum, quales in imperio Romano, Hiſpaniæ & Galliæ regno extant, facta Imprimis vero ſumma diligentia & fide eligendus eſt is, qui vulgò Waradin aliâs Zygoſtata & Socimaſtes dicitur *arg. l. 2. C. de ponderat.*

De Quaſi nummo: materia extraordinaria formaque imperfectiori.

Caput XIV.

QVaſi Nummus eſt, qui verum imitatur, materia extraordinaria & forma imperfectiori conſtans. Eſtque materies extraordinaria & impropria, quæ minus habilis eſt, & in defectum ordinariæ ſuffici ſolet. Puta ferrum, plumbum, ſtannum, orichalcum, corium, carta &c. Forma nummi imperfectior illa habetur, quæ requiſitis formalibus ex parte deſtituitur. Hi nummi quaſi & fictitii reſpectu nummi genuini & veri pro falſis habentur, neque locum & uſum niſi neceſſitatis tempore, puta belli, obſidionis, aliuſue calamitatis publicæ obtinent. Qui eo pacto Civibus diſtribuendi, vt cauſa tandem ceſſante legitimorum per mutatione redimantur.

MAteries ordinaria in Rep. ſemper & ordinariæ locum habet. At interdum neceſſitas urget, ut nummi ex materiâ impropriâ extra ordinem cudantur

Quales equidem nummi reſpectu eorum, qui ex auro, argento & ære conſtant, pro falſis haberi ſolent: at causa neceſſitatis pro legitimis uſurpantur. Eſt vero talis materies, quæ & minus pretioſa & minus habilis & durabilis ad nummos formandos deprehenditur. Propterea etiam non niſi cum incommodo ſubditorum & detrimento Reip. loco ordinariæ aſſumeretur: quippe quod nemo exterorum talem pecuniam probaret & acciperet, auro & argento vbique gentium communi conſenſu ad materiam ordinariam conſtituto. Nemo verò extra territorium legem dicere poteſt *leg. fin. π. de juriſdict. omn. jud.* Quin nec ipſis ſubditis iſta lex obtrudi poteſt, quæ contra æquum & bonum & commune jus gentium tales nummos qui commerciis & contractibus impedimento eſſent, neque bonitate ſuâ cætera quæque dimeriri poſſent, niſi neceſſitatis tempore quæ legem non patitur *l. fin. de off. procoſ.* Et quanquam olim in quibuſdam Rebuſp. ejuſmodi materies, quæ nobis extraordinaria & impropria æſtimatur, ordinaria & legitima habita fuerit, quod vel alia idoneor defuerit, vel ad placitum Legislatoris ex cauſa electa fuerit, alia commodiori neglecta & rejecta, nihil tamen id derogat rationi civili, quæ in rep. bene conſtituenda talem materiam, eligendam dictitant, quæ iure gentium commerciis tam exoticis quam domeſticis exercendis approbata fuit. Extraordinaria itaque illa eſſe poteſt, præter metalla ſupradicta quævis alia materies, ſi modo aliquantillum habilis loco legitimæ ſubſtitui queat, nec unquam, niſi urgente neceſſitate, puta ob defectum auri, argenti, æris, bellis diuturnis exhauſti, aut aliâ ex causâ deficientis, quæ, ut Seneca ait, Uſum numeratæ pecuniæ præſtet, Qualis eſt materies reliquorum metallorum aliarumque rerum ad nummos aptarum, eoque magis, quò magis olim ex ejuſmodi materia in quibusdam rebuſp. nummos factos & uſurpatos fuiſſe videmus. Extraordinariam monetam exempla omnium fermè ætatum & populorum ſuppeditant. In Rep. Lacedęmoniorum moneta aurea & argentea, antiquata Lycurgus ferrum ſubſtituit, non ut adulteraret monetam, ſed ut avaritiæ cauſam præſcinderet. *Plutar: in vita Lycurg. Nicol. Crag. lib. 3. de rep. Lacedæm cap. 2. Freher. in Notis. ad Oreſmium. Ioach: Camerar. de monet. vet. pag. mihi 276.* Ut quoque apud Clazomenios. Ariſt. 2 Oeconom. & apud Byzantinos. Inde Ariſtoph. in Nebulis σιδηρέοισιν ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ Pollux liber 9. ferreos nummos in uſu fuiſſe teſtantur. Tales quoque in regno Angote extare figurâ rotundâ ſed rudi Fr. Alvares: refert. cap. 52. Cum tamen ferrum ob vilitatem & rubiginis vitium communiter à nummis excludatur, quod veros nummos ex pretioſâ & ſtabili materiâ cudi oporteat. Dionyſium quoque tyrannum Syracuſanum ſtanneis nummis uſum Ariſt. & Iul. Pollux aſſerunt. Et ſtanneo nummo olim Epiſcopum quendam annonę caritate frumentum commutaſſe ſcribitur apud Majol. in Canicul. Ita apud Nigritas Libyæ populos è plumbo candido, & apud alios Indiæ populos è plumbo & ſtanno nummos haberi argento etiam abundante. Barboſſus in Summar. Ind. Et Belle Foreſt. in deſcript. univerſ. referunt. *Barth. lib. 3. c. 16. de Indis.* Angliam etiam tales noviſſe Eraſmus teſtatur Chiliad. 3. 75. 2. Mentio præterea fit nummorum plumbeorum apud Plautum in Moſtell. *Tace,* inquit, *faber, qui cudere ſoles plumbeos nummos.* Item Martialis.

Et cen-

Digitized by Google

Et centum veteres tui ſodales
Conſtemus tibi plumbeâ ſelibrâ.

Et apud IC. in *l. 9. §. 2. ad leg. Cornel. de falſar.* Vetum eiuſmodi apud Romanos publica autoritate formatos & uſurpatos fuiſſe, ſecus ac Budellus opinatur ex hiſtoriâ Romanâ non liquet. Quin potius tales peregrinos & adulterinos fuiſſe, & diverbium inde tractum ad vilitatem rei aut hominis inopiam notandam crediderim, ut Eraſ. in proverb. explicat, cui conſentit M. Raderus in Martial. epig. 29. Quemadmodum plumbeum ingenium & plumbeus pugio à Cicerone accipitur. Ita nummos ex Orichalio fuiſſe, ex Plauti Milite colligi videtur. *Cedo tres mihi Orichalio ita emtos iſtis moribus.* Et Philoſtr. lib. 2. de vita Apollin. Numiſmata ſunt, inquit, Indis ex Orichalco æreque nigro confecta. Inſuper nummos ex corio factos hiſtoria teſtatur. Sen. lib. 5. de benef. c. 14. Alex. ab Alex. 4 genial. dier. 15. Æs alienum habere dicitur, & qui aureos habet, & qui corium publicâ formâ percuſſum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod uſum numeratæ pecuniæ præſtat Et Stob. ſerm. 145. νομίσματι χρῶνται σκυντίνῳ numiſmate utuntur ſcorteo Quid Nicolao Gragio lib. 3. de rep. Lacedæm. cap. 3. videtur aut vetuſtiſſimæ conſuetudinis aut extremę neceſsitatis fuiſſe. Suidas autotem citat Tranquillum, qui tradiderit Numam regem primum ferreæ & æreæ monetæ uſum introduxiſſe, cum antea uterentur coreis & teſtaceis quibuſdam numiſmatis: uti refert Cam p. 330. Atque ab illo Nummulos vel νόμισμα fuiſſe nominata. Et D. Hieron. Ut cum montes aureos pollicitus fueris, ne ſcorteum quidem nummum ex theſauris tuis proferas. Plato vero de Carthag. in Dial. Etixia ſcribit. In pellicula exigua illigatum eſt quanta eſt ſtateris amplitudo. Qud vero illigatum ſit, nemo ſcit, niſi qui faciunt. Deinde hoc obſignato pro nummis utuntur. Ridiculum cenſet Steph. Forcat. dial. 48. quod Iaſon putat, olim fuiſſe jure gentiũ nũmos ex corio, nam verba Iuriſconſulti. Olim non ita erat nummus. Ergo, inquit, aliter erat, veluti ex corio quaſi nummus ex corio potius ſit à jure gentium, quam ex ære aurove. Cum verba olim non ita idem ac nullo modo ſignificent *l. 2. de condict. ob turp. cauſam l. ædiles §. ſed vim de ædil. edicto. Valla lib. 11. cap. 34.* Ex corio quoque nummos factos noſtris temporibus hiſtoriæ probant. *Pandulph. Collenutrius. Ant. Flor. Chron. An. 1240. Addit ad Chron. Abb. Urſperg. Naucl. Geneal. 42. Annaus Rob. l. 1. rer. jud. c. 16. Appollinar. Calderin. in dicruſ. pol. 7. Matth. Hoſt. lib. 1. c. 7.* Et Bod. in Apol. contra Maleſtret. Legimus, inquit, in antiquis noſtris hiſtoriis, quod inopia pecuniarum moneta facta fuerit ex corio, cum clauo argenteo, quæ res demonſtrat ſummam egeſtatem auri & argenti tum temporis in Gallia fuiſſe. De nũmis ex papyro certum eſt ex Ioh. Aub. l. 2. c. 18. de mor. gent. & Ioſeph. Barb. in Rol. Perſ. c. 19. Ceris Indâ Carabini moneta pyracea & figura quadrata utitur, Regis imagine impreſſâ, quæ forte vetuſtate obliterata cũ nova cõmutari ſolet in regiâ. Et Cham. Rex Tatt. ex anteriorib. mori corticib. nũmũ formare ſcribitur, qui tãtũ autoritatis habet, ac ſi ex auro conflatus eſſet, nec prius tamẽ valorẽ publicũ adipiſcitur, quã colore rubro tinctus fuerit. Cujus rationẽ late deſcribit. Belle For. col. 2. c. 6. t. de Tartariâ. Ex charta quoq; noſtra ętate in obſidione Leid. factũ nũmũ ipſius vidi cũ

Leidæ in Batavia peregrinandi cauſa commoraret, cujus figuram deſignat Budel. l. 1. cap. 1. de monet. Refert denique Wolfgangus Laz. lib. 3. de rep. Rom. cap. 3. Nummum Pompil. congiarium populo Romano aſſes ligneos & ſcorteos dediſſe, ex Euſebio in Chronicis. cui conſentit *B. Gregor. lib. 36. Syntagm. c. 2. n. 4. Sixtin. in tr. de regal. cap. de monet. Sebaſt. Erizzus de numiſm. antiq. p. 8.* Ex panno & lino apud Ramas *Helmbol. in Chron. Gothefred. in l. ſi is cui nummos de ſol. Hot. quæſt. illuſtr. 15.* Nec dubium eſt & alia ad materiam & loco nummorum in Rep. uſurpari poſſe. Denn Wer nicht falſch hat/der muſs mit thon mauren. *Matthes. d. l. p. 231.* Ex lupinis aqua maceratis genus ludicrum nummorum factum opinatur, Hotom. *de re nummar. pag.* 8. cum aliis eruditis viris ex verſu Horatii 1. Epiſt. 7.

Nec tamen ignorat, quid diſtent æra Lupinis.

Et ex Plauti Pœnulo atteſtante Lambino: Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues. Item ex materia quædam ſubnigra, quam ſuccini genus opinatur fuiſſe idem Hotom. de quo Agricola lib. 16. de nat. foſſ. 4. Diogenem Cynicum tales in ſua civitate pro nummis habendos ſanxiſſe Camer. p. 388. Et Cæſar de Britannis lib. 5. de bello Gallico p. mihi 130. ſcribit. Hominum eſt infinita multitudo, creberrimaque ædificia, fere Gallicis conſimilia, pecoris magnus numerus. Utuntur vero nummo æreo aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Petr. Gregor. lib. 33. cap. 2. Syntagm. n. 4. ex libro qui ſubiicitur. Noticia utriuſque Imperii Antiquorum monetam ex terra exculptâ politam & ære ſolidato extitiſſe adducit. Populos quoſdam in Africa ex ſale particulas quaſdam effingere loco nummorum refert Paul. Ven. l. 2. cap. 38. Baſil. de Uigenere in annot. ad Liv. Alios loco eorum corallis uti. Paul. Venet. d. lib. 2. ca. 37. alios conchyliis *Iacob Cartier de novo orbe.* Horum moneta[inquit, Leo Afer. lib. 7. ca. 5.]aurea eſt nullis figuris inſignita. In rebus autem minutioribus cochleis quibuſdam utuntur, quæ huc ex Perſarum regionibus convehi ſolent. Harum quadringentæ aureo æquivalent. Alios nucibus, quæ dactylis ſimiles ex fructu, quem Cacath. appellant *Belle Foreſt. in deſcript. univerſ.* alios è lapillis quibuſdam *Venet. 2. cap. 49.* alios monetam ex Porcellanâ candidâ[quæ quid ſit Ioannes Gonſalvus Mendoza lib. 1. cap. ulti. hiſt. Chinæ Item Pancirolus deſcribit & alii]formare, *Foreſtus.* Item in regno Angote vice monetæ Sale uti. *Fred. Alvareſ. cap 32.* Qui populi vel ſimplicitate, vel inopia aliorum metallorum, vel arbitrio etiam metallis abundantes vice nummorum aliis rebus utuntur. Uti de Luſitanis refert Strabo lib. 3. Majol. in colloq. 19. p. 837. In Luſitaniâ equidem ſemper argēti copia fuit, nec ullus tamen nummus cum Principum inſignibus prodibat, ſed ex virgulis argenteis tantum abſcindebatur, quantum rei permutandæ pretio æquari poſſet. Idem de rege qui vulgo Prieſter Johan. refert ca. 38. Fr. Alvareſ. pag. mihi 126. & Iovius. li. 18.

Hæc de materia impropria, quâ præſuppoſitâ qui poteſt eſſe forma abſoluta? Quippe quæ vel pondere vel ſigno careat. Nam verus nummus perficitur pondere, charactere & pretio. Apud Romanos olim nummus pondere tantum conſtabat. Plin. teſte l. 33. c. 3. Nam, ait, ære rudi uſos, quod appendi ſolitum. Et Livio lib. 4. Et quia nondum ſignatum erat, æs grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes &c. Quales aureos etiam in regno Tunitur. ſcribit Leo Afer. dicto lib. 7. cap. 5.

Digitized by Google

cap.5. Horum,inquit,moneta aurea eſt,nullis figuris inſignita. Aureorum enim ſex cum duabus unius aurei tertiis unciam unam pendent. Ita in regione Thebeth, virgulæ aureæ certum habentes pondus eſſe referuntur loco nummorum *Paul. Venet. 2. cap. 39.* Vel ſi pondere deſtituatur, ex corio, cartà, ligno factus nummus. Pecunia, inquit Caſſiod. lib. 7. epiſtol. 32. à pecudis tergo nominata à Gallis auctoribus ſine aliquo adhuc ſigno ad metalla translata eſt. Qui hic innuere videtur ſcorteam olim pecuniam Romanis & rudem in uſu fuiſſe, ſine ſigno & pondere, uti obſervat. Franc. Hotoman. Ex Senecâ verò locus fide dignior adfertur ſupra. Ex quibus elicitur nummum tali materia & formâ conſtantem imperfectum & quaſi nummum haberi: Id enim perfectum eſt, quod omnibus partibus conſtat, *l. 1 de Orig. jur.* Cæterum tales nummi fictitii uſum tantum habent tempore non libero & causà urgente, quo finito & redimendi ſunt bonis nummis. Ad exemplum Romanorum, de quibus apud Salluſtium Cajus Manlius Sæpe majores, inquit, veſtri miſerta plebis Romanæ, decretis ſuis inopia ejus inopiæ opitulati ſunt ac noviſſimè memorià noſtrà propter magnitudinem æris alieni volentibus omnibus ære ſolutum eſt. Simile, refert Camerarius p. 276. cujus verba refert de Friderico Ænobarbo (quem opinatur) in pecunià auri & argenti corium ſignaſſe, claviculis argenteolis & ſtatuto pretio perſolviſſe ſtipendium militi, pollicitum primâ ſe oblatâ copià illud auro & argento redemturum eſſe, quâ fide habita exercitus in officio manſit & Imperator victorià potitus. Idem exempli adfert Ioan. Ferrarius Montanus lib. 6. de rep. in obſidione Magdeburgenſi Cęſarianorū plusquam annua & pergravi Et memini chartaceos nummos in Leidenſi oppugnatione diſtributos magiſtratum redimere voluiſſe, ſed cives ad perpetuam liberationis divinæ memoriam illos veluti teſtes retinere maluiſſe. Hęc de fabricatione: Sequitur de aſſumtione Nummorum.

De Nummis alienis Anteceſſorum & cæterorum Principum aſſumendis.

Caput XV.

HÆc de Nummis Principis propriis, quos ſuâ autoritate cudit. Atqui cum in Repub. principum anteriorum & veterum nummi olim percuſſi frequenter uſurpati fuerint, non tantum æquū, verùm etiam ſummè neceſſarium eſt, veteres nummos tolerare & probare. Quemadmodum etiam, quia commercia inter vicinos & exteros populos neceſſaria, neceſſum eſt alienos adſciſcere & admittere. Eâ nempe lege, ut bonitati propriorum nummorum æqualiter aut ſaltem majori ex parte conveniant. Vt autē Principes vicini & alii eadem bonitate mutuiter nummos percutiant, pacto poteſt ſtabiliri publico. Quod neceſſitas commerciorum, æquitas & ſalus publica poſtulat.

NUmmos neceſſarios eſſe in rep. ſupra demonſtratum fuit, quos Princeps ſua autoritate cudat, ut fidem publicam mercantur. Quod quàm commodè fecerit, ſi regio ejus metalli fodinis abundet, quas jure regali ſibi poteſt vendicare, aut decimam ſaltem *c.1. quæ ſint regalia: ibi Dd. Johan. Copus in deciſion. P. Heig. p. 1. 8. quæſt.* Quod ſi verò deſtituatur, ut tamen ſubditis de nummorum ſufficientia proſpiciatur, neceſſum eſt ex metallis aliunde procuratis nummos formare, vel nummorum exoticorum uſum in ſua Rep. certis legibus ſtabilire. *Scal. in verb. Patres in feſto de V. S.* Quod equidem ſummè neceſſarium in rep. recenter conſtituta. Cæterum cum hodie nulla reſp. ſit, quin iam dudum antea ratio & cura nummorum in illa extiterit: Ideo Principis non tantum eſt novos cudere, verum etiã percuſſos olim anteriorum Principum ſua autoritate confirmare & tolerare. Quippe quod patrimonium & commercium civium in iis conſiſtant, non minus ac in novis, quæ nunquam abſque maximâ jacturâ ſubditorum & detrimento Reip. variari vel mutari vel abrogari poſſunt. Ut enim veteres leges, ita quoque nummos antiquos conſervari è rep. eſt & dignitate. Nam præterquam quod reip. intereſt omnium nummorum, qui nervi Reip. copiam habere: tum certò ſcire, quis cenſus civium, quæ ratio tributorum, vectigalium, multarum: Signum quoque eſt ut reverentia exhibeatur prædeceſſoribus. *l.1. & ult. C. de vet. num. prate. Theod N. 25. Leo N. 52.* Nam contra facere eſſet facere irreverentiam prædeceſſoribus ſuis, & ambitio varia, ut Oreſm. loquitur. Quemadmodum Romanos ſuorum anteceſſorum memoriam & monetam religioſè conſervaſſe conſtat. Veruntamen cum nummis cujusque certa lex & bonitas eſſe debeat, Principis eſt, eo pacto veterũ numiſmata in ſua rep. tolerare, quatenus bonitate, legibus nũmariis & ſuis nummis conveniant: Ita enim Impp. in *l.1. C. de vet. numiſm. prate.* Solidos, inquiunt, veterum Principum veneratione formatos ita tradi ac ſuſcipi ab ementibus ac diſtrahentibus jubemus, ut nihil omninò refragationis oriatur, modò ut debiti ponderis ſint & probæ ſpeciei. Et Imp. Leo *N. 52.* eleganter ait: Si pecuniarum nervi ſufficiens & copioſa illarum materies eſt, remque publicam pecuniarum vis ſtabiliat, rectè profectò veteres defectũ, velut morbum quendam ac tabem inde profugarunt, dum omne genus numiſmatum etſi ad veteres & priſcos Principes referretur, ſimiliter valere voluerunt &c. Adeò ut poſteriores Principes etiam declinante imperio & fiſco ad inopiam aliquantum redacto, nummos deteriores cudere quàm antiquos conflare & typo ſuo recudere maluerint. *Freher. l.1. c.1. de monet. per l.6. C. Theod.* ibi illa pecunia Majorina dicitur. Et Judæos ſuis nummis cum Romanis uſos, vel ad rationem eorundem ſuos redactos computaſſe conſtat *Math. 20. Mar. 12. Luc. 12. Joh. 8. Act. 19.* Proinde Ariſtophanes Athenienſes meritò reprehendit, qui novos nummos licet deteriores veteribus præferebant. Propterea etiam laudabile inſtitutum eſt Regum Arragoniæ (uti refert Pet. Belluga in ſpecul. Princ.) ut ad coronam tendentes more majorum ſolenne jus jurandum dantes, inter alia quoque jurent, Se antiquas monetæ leges non infringere, nec curſum nec pedem monetæ mutare velle. Quo *c. quanto 18. de jurejur.* pertinet verbum: Uſque ad certum tempus patris ſui conſervare monetam. De Niceph. Phocâ Cedrenus ſcribit: Quod cum lege & conſuetudine eſſet receptum, ut omnes

nes

nes nummi imagine Imperatoriâ notati, modò ponderi nihil decederet, idem valerent: ipſe ſua imagine inſignes præferri aliorum depreſſis pretiis voluit: eaque re haud leviter ſubditis in commerciis incommodavit. Neq; Mecœnas videtur Auguſto prudenter ſuaſiſſe, ut nulli provinciæ alterius ponderis, menſuræ vel monetæ, quàm Romanæ uſum concederet *Dio lib. 52.* Niſi interdum cauſa ſubeſſe queat, ne omnis nummus admittatur in Rep. uti ex *l. 1 & 2. C. Theodoſ. Si quis pecun. confer.* Deinde neceſſitas commerciorum alienos nummos aſſumendos cogit, ſiquidem nulla reſp ſibi ſufficiens, ut mercibus alienis carere poſſit. Commutatio enim dum absque nummis ritè fieri nequit, nummi certè ſunt admittendi, qui inter populos contrahentes valorem & curſum, ut vocant, obtinent. die geng vnd gebe ſindt. Res non indiget exemplo, niſi quis Germanorum veterum mores attendere velit ex Tacito: Proximi, inquit, Romanis ob uſum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formasque quaſdam noſtræ pecuniæ agnoſcunt atque eligunt. Inferiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam Serratos, Bigatosque &c. Eâ vero lege cõſultũ eſt, exoticos admittere, ſi bonitate ſuis reſpondeant, ſi minus ſaltem bonitati proximiores certo pretio publicitus definiet, quo ſubditi eos in comerciis expẽdere & accipere teneantur, æroſis & deterioribus omninò exulare juſſis. Ita in Romano Imperio exterorum regum & principum nummos certa æſtimatione tolerari videmus.

Ut verò nummorum æqualitas bonitas inter Principes concilietur, pacto id poteſt fieri publico, ut niſi eiusdem bonitatis nummos cudant, nullibi locum & valorem habeant. Quod Bodinus, Faber & alii magni nominis Politici, atque ipſa ratio civilis conſuadent. Quemadmodum etiam decretis Imperialibus cautum. Formam pacti monetalis videre licet apud Saurium Jm Notariat Spiegel. pag. mihi 204. Privatis verò conſilium dat A. Robertus: Quandoquidem hodie bonitas metallorum valde eſt imminuta & variata, ut caveant ſolutionem fieri non tantum in aurea moneta, verum etiam quæ ſit bona materia, juſto pondere ſingulatim adjecto numero aureorum, quot in unaquaque libra computari debeãt. Sunt enim jura vigilantibus ſcripta, ut Juriſconſultus loquitur, & quod quis ſuâ culpâ ſentit damnum, non videtur ſentire. Hæc de conſtituendis Nummis in rep. politicè diſſeruiſſe ſatis ſit.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS

DE CONSERVATIONE, AUCTIONE ET MUTATIONE MONETARUM IN REP.

Quomodo nummi conſerventur.

CAPUT I.

DE percuſſione nummorũ in prima parte actum eſt: Sequitur pars altera de conſervatione, auctione & mutatione eorundem. Conſervari enim nummos æquè ac primitus conſtitui Reipubl. intereſt: Conſervantur autem dum perfecti & incorrupti, nec non intra fines deſtinatos & in uſu ſuo ſervantur. Quod fit dum adulterationi & amiſſioni eorum proſpicitur. Nimirum quando nummi remediis prophylacticis adſervantur: tum curatione legitimâ malo corruptionis & perditionis ſubvenitur. Idque omne legibus, magiſtratibus, legum executoribus: tum conciliis monetariis & exploratoriis.

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

POëta ait. Et Livius lib.7. decad.4. Quæ parare & quærere arduum fuit, neſcio an tueri difficilius. Quod quàm verum ſit, ex diſſertatione Politicorum comprobatur, æqualem, imò majorem virtutem & prudentiam in ſtatu politico conſervando, quàm acquirendo deſiderari. Nam ut Plaut. in Ciſtell. ait: *Ut ſunt humana, nihil eſt perpetuum.* Idem ex ſubjecto præſenti liquet, cujus conſervandi difficilior ratio, quàm conſtituendi eſſe videtur, cum vix prudentiæ & vigilantiæ humanæ ſit poſſibile, infinitas artes fraudandi & ſpoliandi etiam pœnis acerbiſſimis propoſitis avertere. Propterea principis & politici non tantũ eſt numos in rep. ſuâ conſtituere & introducere, verùm eidẽ maximè incumbit, eoſdẽ etiam ſua curâ conſervaſſe & cuſtodiiſſe. Nam cum nummi omniũ rerum vices ſubeãt, mirum non eſt eos variis caſib. obnoxios eſſe. Quippe ꝙ bona illa loco ſummi boni in hoc mũdo pleriq; homines habeãt, & natura ingenii humani ad quævis cõpendia lucri quæritandi proclivis ſit. Adeo ut parũ expediat Reip. & ſingulis civibus nummos

bonos

bonos ad tempus percuti, niſi eorum vſio perennis futura ſit, non tam ob materiam bonam, quâ conſtant, cuius pretium ferè ubique in pretio æquabili habetur, quam ob æſtimationis legitimæ & communi functionem. Quippe quod nummis bonis corruptis, & amiſſis & bona ſubditorum diminuta eſſe cenſeantur & Reſp. imperfectione quadam laborare incipiat. Siquidem exinde minorem ſubditorum cenſum, caritatem rerum ad vitam neceſſariarum & commerciorum raritatem ſequi neceſſe eſt. Cum merces vilius emi-vendi & magis magiſque commercia frequētari ſoleant iis in locis, ubi bona moneta habetur, cujus ſtudio vnuſquiſque ducitur & ad mercimonia tractanda inſtigatur. Contra mercium pretium augeri nūmis depravatis cum maximo ſubditorum damno in propatulo eſt. Prudentioribus itaque viſum rem nummariam certis præſidiis munire, ut nummi ſalvi & incolumes in rep. conſerventur: & quia nummus tamdiu ſalvus exiſtimatur, quamdiu primigeniam perfectionem retineat & curſum ſuum intra fines deſtinatos contineat, cujus gratiâ primitus introductus fuit: animadverterūt ſimul non aliter ſervari poſſe, niſi cauſis & modis corruptionis atque alienationis cautè & tempeſtivè obviam iretur. Haud ſecus ac Medici qui corpus ſanum à corruptione tueri conantes, cauſis morborum maturè & circumſpectè occurrunt: aut ſi qui radices egerint, ope & medelâ remouent, & priſtino ſtatui reſtituunt. Iccirco Politici duplex cura in re nummariâ ducendâ verſatur, primum ut adulterationi & amiſſioni cautionibus præveniat: corruptionem vero & deperditionem forte ſubſecutam eradicare & tollere è rep. annitatur. Legibus equidem atque legum pœnis & præmiis id omne fieri neceſſe eſt. Verum cum leges parum proficiant niſi ſint, qui illis præſint, magiſtratus. Ideo princeps ſeu politicus hoc totum negocium ſervandi monetam, certis legibus, magiſtratibus, conſultationibus & executionibus monetalibus definiet. Quæ quia admodum variant ſcientiæ non ſubjacent, ſed prudentiæ politicæ addicuntur. Potiſſima tamen pars ex præceptis nummariis & ordinationibus variarum rerump. colligi poteſt, & prudentiæ ductu ſuæ cuique reip. accommodari, puta ex legibus nummariis Romani Imperii, regni Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ &c. Ubi politicus ampliſſimam ſylvam optimatum conſtitutionum ad rem nummariam pertinentium reperiet, ex quibus eas, quæ ſuæ reip. commodæ videntur, prudenter conſtituet & ſeliget. Exempli gratiâ: Ne quis præter magiſtratus monetales monetam facere audeat, ſub pœna amputationis manus, combuſtionis &c. Deinde ut monetarii nummos faciant ex materia & liga juſta, pondere juſto, charactere vero. Ut nemo privatorum æſtimationem nummi augeat vel minuat ſub pœnâ. Nemo legitimos nummos reprobet ſub pœna &c. Quales leges Legiſlator partim ex traditis, partim ex ſubſequentib. documentis rei nummariæ deſumet, aliiſq; circumſtantiis determinabit. Leges veteres Romanorum conciſè congeſtas videre licet apud M. Freherum lib. 1. c. 5. & hodiernas Romani Imperii apud Germ. lib. 2. cap. 4. latius vero in decretis imperialibus, quo Lectorem remiſſum velim.

De adulteratione materiæ Nummorum.

Caput II.

ADulteratio monetæ (quę vel in ipſa Rep. vel foris in aliena fieri ſolet) committitur vel in materia vel in forma, & ſæpe in utraque. Hinc nummus dubius, ęroſus, falſus, reprobus. In materia quando vel omnino falſa, ut ſi loco auri æs, loco argenti ſtãnum ſupponitur: & tinctum occultatur. Vel ex parte adulterina, ſi forte circulari & ſuperficiali portione bona reliqua interior falſa, aut ſi injuſta aut illegitima proportione metalla miſta fuerint.

PRiuſquam remedium morborum ponamus, neceſſe eſt morbos, eorúmque cauſas & modos declarare, vt iis cognitis ratio medelæ inſtitui poſſit, aut præſervatio. Cum verò nummus legitimus ſit, qui cauſis legitimis conſtet, falſus certè erit ijsdem deſtitutus, qui aliâs dubius. *Plau. in Epid.* Hîc ſunt quadraginta minæ: Si quid erit dubium immutabo: & Adulterinus appellatur paſſim in autorib. Hinc oritur triplex corruptio reſpectu materiæ, formæ & efficientis. Prima depravatio committitur materiæ falſitate. Quæ ſane uti pernicioſiſſima eſt (quippe quod inprimis æſtimatio publica ex illa definiri ſoleat) Ita quoque hominum judicio & plebeculæ ignaræ non facile pateſcit. Et quanquam metallorum differens color, pondus, & conſtantia, ut vix aliud pro alio ſupponi poſſe videatur: attamen malitia & perverſitas humani ingenii tanta eſt, ut interdum arte & fraude ipſam naturam imitari & ſuperare auſit. ſit enim in ætate hominum plurimæ fiunt tranſennæ, ubi decipiuntur dolis, in Rudente Comicus ait. Adeò ut vel omnino, vel partim aliena materia pro genuina dolo ingenioſo ſubſtituatur. Quod fieri tingendo poteſt, dum vel materiam deaurant, inargentant, vel aliâ fallaciâ colorem tingunt *l. 19. π. eod.* Cuius rei exempla quotidiana quidem: nec etiam ex hiſtoriis deſunt. Ita enim Dion in Severo refert: Cœlo ſereno pluvia ſimilima coloriſque argentei in forum defluxit. Quem ego etſi non vidi cum caderet, tamen ut ceciderat, inveni, eaque, ut ſi eſſet argentum, oblevi monetam ex ære, manſitque is color tres dies, quarto vero die quicquid oblitum fuerat evanuit. De Antonino vero Caracella refert: Antonino Caracellæ cum cætera omnia, tum nummus adulterinus erat. Nam pro argento aurove, quod nobis daret, plumbum argentatum & æs inauratum parabat. Ita nummi ſtannei & plumbei & id genus alii in *leg. 8. & 9. leg. 2. ad L. Cornel. de falſ. leg. 2. & 3. C. Theod. cod. in commerciis* prohibentur. Sæpe accidit, ut minus dolus animadvertatur, exteriori parte laminæ bonâ, at interiori falsâ. Exemplum in rege quodam, qui ærario exhau-

ſto per

Digitized by Google

ſto per profuſiones, ad improbam monetam cudendam animum adieciſſe dicitur, Monetariis adhibitis, qui è veteribus bonis nummis novos malos recuderent, puſillo illis argento ſuperinducto, cætero plane æreo. Dubravius lib. 21. uti refert Freher *pag. mihi 55.*

Denique quod crimen frequentiſſimum hodie vbique graſſatur & pernitioſiſſimũ Reip. & quod imperitis & incautis minus obvium injuſtâ metallorum mixtione perpetratur. Adeo ut quantũ ipſius perceperim, nuperrime nummos fictos fuiſſe ad ſimilitudinem bonorum, quorum bonitati fere dimidium deſnit. Et mixtiones infinitas olim & hodie eſſe cuique conſtat. *P. in. lib. 33 ca. 9.* Miſcetur æs falſę monetæ. Alii è pondere ſubtrahunt, cum juſtum ſit LXXXIV. è libris ſignari. Igitur facta denarios probare, mirumque in hac artium ſola vitia diſcuntur: & ut falſum denarii ſpectetur exemplar, pluribus veris denariis adulterinus emitur. Adeò ut etiam nummis æreis confuſum ſit Der Küpffern Müntz eiſen zugeſezt. *Matheſ. in Sarept. conc. 14.* Miſcuit denario triumvir Antonius ferrum. Plin. nullâ lege attentâ, quę utilitatis publicæ & privatæ cauſa æquabilem tanti certorum metallorũ mixturã in rep. permittit & tolerat. Ita enim Livius Druſus in tribunatu plebis octauam partem æris argento miſcuit. *Plin. lib. 33. c. 3.* Inde nummi dicuntur ærosi, quibus plurimum æris confuſum eſt *l. 10 §. 1. ff. de ſol. ſuberati.* Perſ. Satyr. 5.

Si qua ſuberata mendoſum tinniat auro.

De adulteratione Nummorum ratione formæ ac Efficientis.

Caput III.

Quoad formã deinde corrumpuntur nummi põdere, ſigno & pretio illegitimo. Pondere; cum materię quidem juſtę juſtum adimitur pondus, vel antequam cuditur, vel poſtquã percuſſa eſt. Quod fit rodendo, deſcalpendo, circumſcindẽdo, radẽdo, & excequẽdo &c. Signo; ſi dolo malo ſignatum fingitur & mutatur: vel ſi quis Principis ſignum doloſe imitatur, quod etiam fieri ſolet, cum verus character ex nummo genuino traducitur: vulgo vocant Abgieſſen. Pretio, quando ęſtimatio inęquabilis inditur, vel à privatis mutatur minuendo vel augendo. Falſus denique nummus fieri cenſetur, cum quidem legitimus & bonus percutitur, ſed non ab eo, qui jus monetæ habet.

PRima nũmi corruptio eſt in materia: altera in forma cõmittitur, quãdo valor publicus violatur. Cujus partes cũ ſint pondus, ſignum, pretiũ: triplici quoq; modo depravari poſſe formã cõſectariũ eſt. Fieri enim poteſt, ut nũmus ſit bonus

ex materia per characterem & pretium pondere tantum legitimo detracto. Quod maxima cum iactura ſubditorum minuitur, cum non minima portione materiæ prætioſæ ſpolientur, nec tantum in bonis habere cenſeantur, quantum poſſeſſione legitimorum nummorum. Quod perpetrant, qui inopiâ metallorum laborant, ut hac fraude defectum ſarciendo probos nummos cudere videantur, partim homines avari & malitioſi, qui nūmos radere & circumcidere, excoquere aliave arte pondus minuere ſolent, quorum ramenta deinde vel aliis falſis nummis percutiendis, alii ve ſuppellectili inſumunt. de quib. *l. 8. de falſ. & Paul. lib. 5. ſent. 25. l. 9. C. Theod.* Signi deinde corruptio fit, cum falſum ſignum imprimitur. Tacit. *l. 9. π. ad L. Corn. de falſ.* Ubi qui argenteos nummos adulterinos flaverit (quo verbo modus adulterandi formam videtur deſignari. Quod idem ac fingere *l. 8. eod. Ita quoque in l. 11. C. de falſ. monet.* Si quis nummos falſa fuſione formaverit *& in l. 19. π. eod.* Qui falſam monetam percuſſerūt, Si in totum formare noluerunt, ſuffragio juſtæ pœnitentiæ abſolvuntur. Denique violari moneta intelligitur, cum precium aliud, quam quod publice lege inditum, pro libitu privatorum imponitur. Contra *leg. 3 C. de veter. numiſm. pr*æ*te. l. veteri C. Theod. ſi quis ſolid. cir. exter. ancid.* Sive minus: quod rarius: ſive majus, quod frequentiſſime ab exteris mercatoribus, qui hac arte & prætextu (cum tamen exceſſus mercium pretio imputetur) optimā pecuniam aucupari, & imperitos & ſimplices eadē emūgere ſoleant, quam poſtea in ſuum territorium maximo cum lucro transferunt. Quod ſummâ cum iactura reip. & privatæ fieri facile vnuſquiſque animadvertit. Quippe quod hac ratione Reſp. optimis nummis deperditis, cumulari ſoleat exoticis & æroſis illatis & clanculū intruſis. Unde præter iacturam nummorum & patrimoniorum maxima commerciorum inconſtantia & confuſio ſubſequitur. Exempli cauſa. Aureus Rhenanus æſtimatus fuit olim 26. argenteis, paulo poſt auctū pretium uno, duobus tribus groſſis, privatâ mercatorum audaciâ & avaritiâ. Ut taceam de taleri Imperialis & Principalis ęſtimatione variata. Quod incrementum quantum importet, ex ingenti ſummâ facile quis computare poteſt. De quo malo conqueritur Andr. Friccius Polon. l. 1. c. 14. de emendanda rep. Tanta licentia, inquit, apud nos graſſatur, nummis peregrinis, tum aureis, tum argenteis æſtimandis, ut nuſquam major, ſingulis quadrantibus anni pretium eorum creſcit, cum bonitati eorum interim nihil adcreſcat. Cauſas ejus rei multi adſerunt multas. Sed nos, ſi non movet vel publicæ vel privatæ cujuſque rei jactura, quæ hanc nummorum jacturam ſequitur: quid aliud movere nos magis poſſit ad licentiam illam coercendam & certam æſtimandi rationem ineundam, haud ſane dictu eſt facile. Et hoc igitur ſi placet, forenſi magiſtratui mandetur. Hæc ille. Cui licentiæ ſæpenumero ipſi etiam quæſtores anſam præbent, dum minorem valorem monetæ, quæ ærario publico annuatim alijsque ſtatis temporibus inferri debet, edicto præfigunt, elapſo vero temporis ſpacio ad expenſas publicas, aut aliâs majorem æſtimationem imponunt, quod quanto cum lucro fiat quidem publico ipſi ſciunt: at quanto cum damno privatoram unuſquiſque perſentit. Quam ærarij augendi rationem verus Politicus vix ſine graui cauſâ comprobauerit.

Porrò ratione efficientis (quę quidem etiam ſignationi publicæ includi poſſet) corrumpi

corrumpi exiſtimatur moneta, quando ab alio, quàm qui jus cudendi habet, cuditur, etiam formâ & materiâ proba. Quippe quod auctoritate & fide publica deſtitui, & contra legem imperii facta eſſe videatur *l. Quicunque. 8. ad L. Cornel. de falſ.* Privatus enim qui jus monetæ non habet, ſi facit monetam, adulter monetæ cenſetur. facit huc *l. 1. 2. 4. 5. 8. C. de falſ. monet. l. 7. & 8. C. Theod. eod.* Quod crimen qui committunt in crimen veluti majeſtatis incidunt *l. 7. C. Theod. de indulg. Crim.* Adeò ut nec ex privato metallo in moneta publica cudere nummum licitum ſit *l. 1. ad L. Jul. pecul. verbo æs publicum d. l. 6. 7. 9. C. Theod. de falſ. monet.* Exemplo Aryandis (prætor erat Ægypti conſtitutus à Cambyſe) qui poſtea cum ſe exæquaret Dario, interfectus fuit, propterea quod ad exemplũ Darii, qui ex puro auro nummum percuſſit, nummum ex argento puro facere inſtituit. Camer. *p. mihi 313.* Quemadmodum etiam conſtat Anno Chriſti 1464. belli cauſam extitiſſe inter regem Galliæ & Principem alium, quod is ſua imagine aureum nummum percutere auſus fuerit. Bodino referente. Ex quibus iam colligi poteſt, nummum variis modis depravari poſſe V. Georg Agricol. *lib. 1. de pret. metall. in fin.* Hosce corrumpendi modos Paulus *lib. 1. ſent. t. 25. in pr.* complexus. Lege, inquit, Corneliâ tenetur, qui nummos aureos argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, raſerit, corruperit, vitiaverit, vultum Principum, ſignatam monetam præter adulterinam reprobaverit.

De amiſſione Monetarum.
CAPUT IV.

AMittitur bona moneta cum extra fines Reip. ad eos effertur, cum quibus mutuæ leges nummariæ non habentur. Quod fieri intelligitur, non cum tantum nummi: verum etiam ipſa materies infecta, i.e. aurum, argentum & ſupellex ex juſto metallo facta aliorſum transportantur. Item amittuntur nummi, cum terræ aut ſepulchris modo & uſu illicito reconduntur. Deniq; quoq; perditur proba moneta, quando ſubdolâ permutatione congeſta in nummos, falſa admiſta materia convertitur. Præterea nummorum uſus minuitur, abuſu opificum, qui ex nummis conflatis i.e. igni in maſſam redactis & reſolutis ſupellectilem aliaq; id genus parant, & in promiſcuum uſum transferunt puta inprimis aurifabri tum alii id genus artifices. Deniq; defectum metallorum penuria nummorũ ſubſequi ſolet, quæ vel in fodinis ceſſant, vel quorum copia aliunde commodè haberi & adferri nequit.

DEpravatio fuit monetæ in materiâ, formâ & efficiente. Amiſſio ſubſequitur & defectus ejuſdem. Intereſt Reip. & ſingulorum civium, perpetuam num-

morum ſufficientiam habere, quibus commercia ritè & commodè pertractentur, ſine quibus Reſp. ſalva eſſe non poteſt: unde maxima cum jactura Reip. & privatorum fieri conſectarium eſt, quotieſcunq; nummi amittuntur, & ad paucitatem rediguntur. Quod fit, cum extra fines deſtinatos, ad populos exteros, quibus cum mutuæ leges nummariæ non intercedunt, efferuntur. Percutiendi equidem ſunt nummi, ut & uſum in Rep. & apud alios populos habeant commerciorum exercendorum gratiâ. Eâ tamen lege, ut dictum, ut mutuâ cuſtodiâ foris uſurpentur & adſerventur, quâ etiam exotici ex pactione certâ in illâ rep. viciſſim adſumuntur & tolerantur. Cum utrinque eadem bonitate percuſſi ſunt, atque perinde habeantur ac ſi quisq; populus ſuos tueatur. Adeò ut quemadmodum liber eſt aditus noſtris nummis ad alios populos pacto ſociatos; ita quoque liber reditus noſtris & acceſſus alienis. At ſecus ſe res habet cum populis iſtis, qui nullas pactiones nummarias cum aliis agnoſcunt, commercia tamen ubique locorum, ubi nummi probi extant, ſtudioſè frequentare ſolent, non tam neceſſitatis, quàm nummos probos aucupandi libidine, quos aliorſum transvehunt, ærofis contra clam obtrutis & commutatis, qui ex bonis illis conflari ſolent. Unde non mirum, omnia ferè loca nummis reprobis cõpleri, probis clatis & ſpoliatis. Quàm iniqua ἀλλαγὴ, quilibet facilè ſanæ mentis intelligit, ære argentum commutari. Nec tantum hoc lucri in nummis: verùm etiam in metallo infecto & ſupellectile ex juſto metallo facta quæritant. Cui aucupandi ſtudio inprimis iſti populi inhiant, quibus materiam nummorum regio denegat. Quod potiſſimum per mercatores obtinent iis in locis, ubi mercatus publici & commercia celebrantur. Hinc locupletari ſolent primum mercatores, qui bonos falſis & adulterinis æquo pretio aut mercibus commutant: tum qui ex illis ærofos recudunt. Deniq; qui ex bonis deteriores factos cum optimis noſtræ Reip. permutant. Quanto cum damno publico in propatulo eſt. Quod factum non novum ex Ariſtot. 2. Oecon. patet. Quod decreto Romani Imperii vetitum *Anno 59. §. 77. & 84.* Si enim olim Barbaros armis & ferro inſtrui prohibitum, vel aliis alimentis & frugibus *l. 1. C. quæ res ex part. non deb. l. 3. & 4. C. quæ res vend. non poſſ.* Multò minus ſanè nervis publicis, i. e. auro & pecuniâ, ſalutis publicæ cauſa peregrinos & Barbaros inſtrui oportet *l. 2. C. de commerc. & mercator. l. 4. C. Theod. ſi quis pecunia conſt. vel mercandi cauſa tranſtulerit.* Quin imò ut Impp. in *d. l. 2.* præcipiunt: Non ſolum Barbaris aurum minimè præbeatur, ſed etiam ſi apud eos inventum fuerit, ſubtili auferatur ingenio.

Solet deinde pecunia etiam in ipſa rep. amitti, cum illicitâ permutatione congeritur, ut poſtea nummi deteriores exinde cudãtur, falſa materia admiſta. Quantum lucri capiant inæquabili miſtura facta, is dijudicare poteſt, qui probum nummum novit æque ac damnum, quod ſubditi ex falſis nummis ſentiunt, qui ita bonis ſpoliati, & diminutionem patrimonii ſufferũt. Amittitur quoq; uſus nummorum, cum immenſa copia ab avaris & invidis hominibus terra reconduntur, vel cũ mortuis defodiuntur. Prioris facti exemplum refertur à Dione lib. 68. in Trajano inſigne Decebali: Theſauri Decebali, quanquam in Sergetiâ flumine opera Captivorum averſo, perfoſſoq; alveo, magnam vim argenti aurique, tum pretioſiſſimas quasq; res atq; delicatiſſimas, quæ conſervari poterant, eò congeſſerat: iisq; rebus magnis

magnis lapidibus aggeribusq; tectis flumen priſtino alveo reſtituerat. Præterea veſtes & alia quæ ſunt ejusdem generis abdiderat in ſpeluncas eosdem per ſervos, eoſque peracto negocio juſſerat occidi, ne quod actum erat, patefacerent. Sed Bicilis ſocius & familiaris Decebali, cui res erat cognita, captus, hos theſauros indicavit. Pecuniam verò defodere eſt prohibitum L. XII. tabb. *Pecuniam cum mortuis ne defodito, né ve aurum addito.* Quod tamen homines ſimpliciores non intermiſère, *l.14.§. impenſæ de religioſ. & ſumt. fund. l. ult. § ult. de auro & arg. leg.* Quem abuſum Caſſiodor. lib. 4. Epiſt. 1. nu. 4. improbat: Ædificia, inquit, tegant cineres: Columnæ vel marmora ornent ſepulcra: talenta non teneant, qui vivendi commercia reliquerunt: Et culpæ genus eſſe inutiliter in abditis relinquere mortuorum, unde ſe vita poteſt ſuſtentare viventium. Oreſin. cap. 2. Quod proinde legibus vetitum eſt *d. l. 14. §. impenſæ. ff. de relig. & ſumt. fun. ſingulariter verò in l. 4. §. non ſit locus ad L. Jul. pecul.* ubi Marcianus: *Pecunia ſepeliri non poteſt.* Dolendum etiam eſt in benè conſtitutis Rebuspubl. tantum artificibus indulgeri, ut ex optimis nummis pro libitu vaſa argentea & aurea, & id genus alia conficiant, adeoque aurum & argentum ſæpè ad inania & fruſtranea ſuperbiæ, faſtus & voluptatis opera, puta in deaurationes ædificiorum, veſtium, mercium inſumant. Quæ licentia conflandi olim L. Corneliâ aſſerente Paulo *lib. 1. ſent. t. 25.* vetita, poſtmodum quoque conſtitutionibus principum interdicta *l. 1. C. de auri publ. proſecutor. l. 12. l. 13. C. Theod. de ſuſcept præpoſ.* Cujus prohibitionis cauſam quoque aliam adducit vir conſultiſſimus Marq. Freherus, nimirum, ne ipſa icon & rei impreſſę memorias cujus fine & contemplatione pecunia formata erat, periret, eadē ratione, qua nec ſtatuas & imagines Impp. conſecratas conflare citra majeſtatis crimen licuit *l. 4. in fine. l. 6. ad L. Jul. Maieſt. Tacit. lib. 3. Freher. de re monet. pag. 3. & 4. ubi ex Lamprid. in 2 Alex. conflationis & reſolutionis exemplum adducit.* Dion lib. 60. De Cajo. Quâ fide etiam lex miſtionis ab iſtis aurifabris ſervetur, hactenus compertum eſt, ut niſi alia hac ſaltem via confuſioni metallorum & amiſſioni nummorū occaſio præbeatur. Quod ſi jam ipſum metallum ob abuſum & jacturam ceſſet, aut aliunde ejus copia commodè haberi nequeat, non poteſt, non ſubſequi maximus nummorum defectus, adeò ut ſæpè iis, qui jus regale monetæ habent, ad illud tuendum ſatis materia non ſuperſit. Hiſce ergò malis prudentiæ mediis ſuccurrendum & medendum eſt, de quibus ſequenti diſſeremus capite.

Quibus modis corruptioni præveniatur.

Caput V.

Prima & remotior adulterandi & auferendi nummos cauſa malitia & avaritia hominum. Altera corruptionis cauſa proximior videtur eſſe mixtio metallorum, aut ſaltem iſta nimis licentioſa. Remedium hîc eſſe poſſet, ſi avaritia & nimia licentia iſta tolleretur, tum ſi omnis miſtura

è Repub. exulare juberetur, quod vix ſperabile aut poſsibile. Quæ autem cauſę & modi corruptionis in materia & pondere, charactere & æſtimatione, ſupra oſtenſum eſt, quorum remedia prophylactica per diſcurſum tantum hic indicantur.

NOn eſt dubium quin corruptio & ſpoliatio monetarum primitus originem trahat ab avaritia & φιλοκερδίᾳ. Nam omnes homines ad ſuum quæſtum callent. *Paul. in Truc.* quæ omnium malorum radix, profanis & ſacris teſtibus. De cujus vi hîc evagari non eſt opus, cum unicuique ſatis ſuperque conſtet. Ad quam inhibendam, quia infinitis opus eſt mediis, Principi hîc ſuadetur, ut curam gerat, quacunque ratione eidem obviam eatur. Illa ipſa hîc enumerare ultra captum ingenii humani eſt & ſupra artem, quæ termino concluditur. Cauſam verò alteram, quæ anſam præbet corruptioni Politici quidam, *uti Bodinus lib. 6. de rep. 6.* Item in *Apolog. contr. Maleſtrettum. Vignerius in Not. ad Liv. Freher. lib. 2. c. 5. & alibi.* mixtionem arbitrantur eſſe, quippe in qua facilimè compendium captare poſſunt monetarii contra legem miſturæ ex viliori metallo nummos cudentes: idque ferè impunè, cum nec fraus illa facilè à quovis deprehendatur, nec in re modicâ (uno fortè aut altero nummo) admodum attendatur. Proinde eâ ſublatâ & nummis puris percuſſis ex auro & argento credunt neminem facilè fore, qui monetas fingendo & miſcendo adulteraret, cum pro ſimplici metallo aliud ſubjicere non poſſet, ob naturam, colorem & volumen metallorum differentia & obſtantia. Neque impedit, quod dicant: olim puris nummis conflatis nihilominus ærosos & corruptos extitiſſe. *Plin.* Facilius enim tum temporis miſtio deprehenſa fuit, & propterea nemo facilè auſus eſt talem tentare confuſionem, quæ oculis quàm facilimè pateſceret, ſub quâ hodie ut plurimum peccatur. Nec deerunt, qui dixerint, metalla ad uſum inepta eſſe niſi miſtione roborentur, qui tamen ex hiſtoriâ & olim puros percuſſos colligere deberent. Salus enim populi ſuprema lex eſto. Quales adulatores quàm plurimi reperiuntur in aulis Principum, quibus major ratio utilis quàm honeſti habenda eſſe videtur quos refutat Nicol. Oreſm. cap. 5. 6. Verum enimverò quum mixtio hodie tantas radices egerit, ut vix eradicari poſſit: Quæ deplorari potius quàm mutari poteſt. (Nam & conſenſus voluntarius contrahentium intervenit: & moribus ita receptum ferè ubique gentium) *Plinius lib. 33. cap. 3. Symmach. epiſtol. 42. Nicol. Oreſm. in tractat. de mutat. ac variet. monet.* optimo tamen Principi conveniet iniquiſſimas miſturas, quæ non niſi corruptos & nullius pretii nummos progenerant, ex ſua republ. exterminare, & æquabilem tantum, quæ ad auri & argenti puritatem propius accedat permittere. *Nam quanta mea ſapientia eſt, è malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum* in Sticho Comicus ait. & edicto ſeveriſſimo cavere, ut lex miſtionis illibata ab omnibus cuſtodiatur ob facilimam occaſionem lucelli exinde captandi, quod vix attenditur aut obſervatur, niſi lynceis oculis inſpectio fiat. Quo Plautinus in Capt. *Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet cum etiam cavet, etiam cum caviſſe ratus, ſæpè is cautor captus eſt.* Adeo ut

eo vt

Digitized by Google

Adeo vt etiam operarii puta aurifices & id genus alii eâdem lege uti teneantur. Nec ulli privilegium concedendum, vt præter legem miſtionis quicquam effingere liceat: quo permiſſo, feneſtram aliis quam facilime corrumpendi & vaſa ſupellectilemque metallicam præter legem conficiendi aperiat. Unde non raro accidit, ut aurum & argentum duplo carius vendatur quam publice æſtimatum eſt. Sed

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames.

Denique quoq; edicto cauendum eſt, ut certa ſumma tantum pecuniæ minutæ Kleine Müntz pro neceſſitate cujuſuis loci, provinciæ & reipub. ut quantum nummorum ad forum olitorium, ad macellum & id genus alias merces neceſſarium ſit, cudi permittatur, ne in copia iſtorũ nummorum peccetur: nec creditoribus etiam invitis ultra modum ſolutio eorundem obtrudatur. Uti decretis imperii cautum eſt. Quibus cautelis non probe obſervatis quamplurima incommoda inſequuntur. Primum enim monetarii lucri cupidini indulgebunt corruptis ex melioribus pro libitu percuſſis. *Nam nec quisquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore, quin ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat benè*, Plaut. in Aſinar. Et in Trin. *Mores nunc nihil faciunt quod licet, niſi quod lubet*. Deinde inconſtantia pretii nummorum ſequetur: ut paulatim ultra judicaturam nummi æſtimentur, & in cõmerciis boni malis & depravatis poſthabitis tantum uſurpentur. Quis enim eſt, qui quamvis cum diſpendio accipere renuat optimam pecuniam? Augmentum pecuniæ arbitrarium comitatur augmentum pecuniæ pretii mercium, Wenn das Gelt ſteiget/ſo ſteigen Wahren mitt. Præterea jus regale Principis aut populi violatur, dum pro lubentia monetariorum licentia corrumpendi & fabricandi ærroſos uſurpatur & vendicatur. Denique quantum incommodi publici & privati inde reſultet, quis eſt qui non animadvertat. Propterea jus monetæ, auguſtum & ſublime illud regale in rep. non tam promiſcue & indigne cuivis permitti & concredi deberet, ſed iis quorum fides ſatis tuta fore videretur, arg. *leg. 1. ff. de præſcript. præt.* Cui cautela Oreſm. c. 13. in fin. quæ etiam in Romano imperio in uſu eſt, addenda, Communitas, inquit, debet cuſtodire penes ſe, in loco vel locis publicis, exemplar iſtius proportionis & qualitatis mixtionis pro vitandis periculis: ne videlicet Princeps, (quod abſit) vel monetarii mixtionem hujuſmodi occulte falſificent, ſicut etiam apud communitatem ſervantur quandoque aliarum menſurarum exemplaria. Leo Afer. de Foſſa vrbe, Monetariorum ædibus communes ſunt aurifabrorum officinæ, quorum conſul ſigillum & typos monetarum conſervat. Et hac quidem ratione remedium quoddam videtur eſſe προφυλακτικὸν, ut ne materies nummorum contra legem corrumpatur. Porro ne põdere nummi minuantur, omnes modi intercidendi ſunt, quibus metallum extenuari poteſt, uti ſunt omnis generis arroſiones & circumciſiones, tum fractiones. Quod ut ne tam licenter & facile perpetretur, conſtituendum eſt in rep. ut maiores nũmi in cõmercio nõ niſi appẽſi & probati libripẽdio expẽdantur, & accipiãtur. Ut olim apud Hebræos uſu venit *Gen. 26. v. 16. 1. Reg 20. 39. Zach. 11. verſ. 12. Mat. 26. verſ. 15.* Cuius rei gratia pondera publicâ autoritate confirmanda & ſignanda

ſunt, ne etiam fraus ab iis committatur, qui pondera falſa fingere ſolent. Quod ſi injuſti ponderis nummi deprehendantur, edicendum unâ, ut quamprimum ad monetas ſeu magiſtratus deferantur, & pro gradu bonitatis & ponderis cum bonis permutentur. Ne vero quis characterem imitari auſit, deputandi ſunt in Rep. certi tantum artifices, qui archetypos fabricent, interdicendum deinde ſub pœnâ grauiſſimâ ne quis tales typos fingat aut imitetur, neque quiſquam formam ex nūmo percuſſo mutuetur, & tranſſumat, quod vulgo Nach vnd Abgieſſen / Quod pretium attinet, ſolet id plerumque à mercatoribus variari ac mutari, vt illiciis augmenti nummos optimos aucupentur, exceſſum vero mercibus computent Die ſteigerung auf die Wahr ſchlagen. Vel tantum ſpe lucri, quod plebs affectat, bonos emungant & extra fines efferant. Denique & aurifices materiam & monetas pluris, quam publica æſtimatio permittit, adquirere ſolent: exceſſum vero manus pretio compenſare. Unde ſpe lucelli nemo non optimos nummos majori æſtimio permutat, quam quod publicè conſtitutum eſt. Prophylacticon ergo hîc erit, ſeveriſſimo edicto hiſce technis obviam ire. Et quis omnes fraudum modos enumeret? Cum natura deproperet edere novas formas: fraus fraudem trudat, & ars artem eludat.

Quomodo Amiſſioni Nummorum caveatur.

CAPUT VI.

AMiſſioni nummorum occurritur cum cavetur, ne nummi vel materies & ſuppellex pretioſa extra fines Reip. efferantur: vel alias ex uſu humano exemti terra recondantur aut ſepeliantur. Deinde ne ex bonis depravati recuſi inferantur. Præterea cum abuſus artificum metallicorum & aliorum inhibetur. Deniq; cum deficientiæ materiæ maturè vel ex ipſa Rep. vel aliunde proſpicitur.

NE itaque nummi percuſſi amittantur, cautione utendum, ut ne extra fines deſtinatos efferantur. Quod plerunque à mercatoribus in publicis mercatibus ſolet committi, qui optimos nummos qualicunque etiam ratione congeſtos ſecum avehunt. Princeps ergo publice interdicet, ut nemo ſub graviſſima pœna cum confiſcatione nummorum nummos extra reip. terminos efferat, exploratoribus paſſim conſtitutis, præſertim in iis locis, ubi nundinæ celebrantur, tum quoque in viis, teloniis & portubus publicis An allen Päſſen vnd Zollen zu Waſſer vnd Landt, ut in merces (quarum prætextu ſæpiſſime peccatur) ſi quid fraudis ſuſpicentur, inquirant, & evolvant. Die Packte Waren vnd pallen eröffnen / & quacunque circumſpectione caute expiſcentur, ne forte nummi occultim transferantur, donec tandem populi vicini eaſdem leges nummarias in ſuis nummis cudendis

Digitized by Google

dendis obſeruare adſtringentur. Ita obſervari hodie in regno Angliæ, Hiſpaniæ, Galliæ, in regno Neapolitano, in rep. Venetá peregrinantes experiuntur. Quo autem regnum concluſum eſt arctioribus finibus, quale Anglicum, eo tutior etjam & certior cura hujus rei haberi poteſt. Contra videmus in Romano Imperio vix ullo edicto licentiam efferendi cohiberi poſſe. Mercatoribus iſtis ſolent aurifices ſuam operam locare, qui ſub prætextu, ac ſi neceſſitate ex fractis nummis vaſa & ſuppellectilem conficere conſtringantur, bonos nummos corradunt, & majori pretio exoticis mercatoribus aut aliis permutant. Non admittenda quoque olla fortunæ [vulgo Der Glückstopff/] quæ vero cuidam magno magicum quiddam ſapere videtur, in lib. 1. de Magiâ. Adde Delr. in diſq. Mag. Præterquam enim quod mille fraudes ſchedulis & lucellis committantur, anſam præbet etiam iſta impoſtura otio, & cives nummis emungit, quos extra fines efferunt ſycophantæ & ſtelliones iſti. Quo pacto vero ollæ ejuſmodi interdum tolerandæ, alio loco tractabimus, modo ne cum populi ſanguine & ſudore conjunctæ ſint. Non permittendum quoque Tragœdis & Comœdis exoticis, ut pro libitu plebem exſugant. Quæ res etiam peſſimo ſæpe exemplo eſt Sunt enim hi modi & alii omnes eò deſtinati ut homines pecunias alienas occupentur, & ad ſuos transferant [Daß ſie die Leute vmb das gelt auſs dem Lande bringen] nec non hominum mores corrumpant, ut taceam de contributionibus bellicis nimiis, quæ non poſſunt non exhaurire remp.

Nec tantum nummorum ſpoliatio intelligitur fieri, quando ipſi nummi amittuntur, verum etiam quando materies infecta, exportatur: cum hic nihil referat, materiatū aut ipsā materiam alienare. Proinde princeps vetabit: ut nemini aurum aut argentum infectum emere liceat, niſi cui id ad opera exinde conficienda indultum fuerit, uti ſunt aurifabri Goltſchmide / Geltſchlager / qui & ipſi non aliis, niſi collegis ſuis aut monetæ publicæ Der Müntze id revendere teneantur. Tutiſſima ſane via in rep. eſſe ſolet, cum Princeps iure regali emtionem auri aut argenti ſibi vendicat, & cum privatis æquo pretio metalla commutat. Quemadmodum hodie in Electoratibus & Ducatibus Romani imperii fieri videmus. *Joh. Copus in deciſion. cap 59. n. 13.* Den Silberkauff verbehalten. *Petr. Heig. part. 1. quæ. 13. n 50.* Caveat etiam, ut nemo auri & argenti commercia tractet, & extra fines Reip transferet. Adeo ut etiam nemini licitum ſit, quacunq; ratione aurum & & argentum ſeparare, à cæteris coherentibus metallis, niſi iis quibus hoc permiſſum eſt in officinis metallicis In Schmeltzhütten. Ex quibus interdum fraudulēter ſcorias Die Schlacken comparare ſolent. Denique cavendum ne ſuppellex metallica efferatur. Cujus rei gratia, vt dictū proditores ſunt cōſtituēdi in locis ſuſpectis, qui fraudem fraude illudere calleant. Siquidem ad occultandam monetam mille artibus ingenioſe utuntur. Sunt enim qui caudis equorum intexunt, ſunt qui pani cocto inſerunt, vel etiam lapidibus & veſtibus mira arte recondunt, Sunt qui hoc in caſū ſuadent nummos minutiores ad tempus cudendos, quorum bonitas mediocris non ſit præbitura anſam corruptioni & amiſſioni. Cum nemo ob ſpem exigui lucelli nummos tales ſit elaturus. Verum neque etiam minutioribus [niſi forte omnino depravatis [hodie parci experientia teſtis eſt. Adeo

ut homines tam minutam, quam groſſam minutam corradere ſoleant, & exinde depravatiſſimam ſubſtituere. Reperiantur forte qui aliud medium proponant ad exemplum principis Muſcoviæ. Nam in Muſcoviam quidem aurum & argentum inferre licet, ſed nemini efferre [uti etiam in Anglico regno & Neapolitano, certo tamen modo] mercatoribus verò tantum contractu permutationis uti aut ſaltẽ emere-vẽdere in ditione Muſcovitica, nec pretiũ efferre, ut Foreſt. refert. Aut ad magni Chami in Tartariâ, inſtitutũ nũmos ex cortice ſeu alia materiâ formare, quibus tam peregrini quam ſubditi in commerciis utantur. Adeò ut omne aurum & argentum intra fines ſervetur *Foreſt. vol. 2. t 9 de Tartariâ.* Quod quidem facile obtineret, ſi peregrini aliis mercibus neceſſario non indigerent, quas quærere in locis alienis & ſuas adferre & commutare cogerentur. Quod ſi verò indigentia talis non ſit? An Princeps exoticos cogere poterit, ut lapillis bona ſua commutent? Sunt qui inæquale nummorum augmentum ſuadent Das die Münze hochgeſteigert würde, quo exteri terreantur, ne efferant nummos ſpe lucri ademta: Sed quid ſi augmentum mercibus imputent? aut commercia ſuſpendant, aut aliorſum transferant. Nam ut Seneca ait: *Sublata ſpe quæſtus languet mercatus.* In poteſtate eorum non eſſe dixeris, ſed in licentia compertum habueris. Cæterum vt nihilominus commercia tractentur etiam nummis intra fines reſervatis, Argentaria menſa & teſſaræ nummariæ ſubſidio & remedio eſſe poſſunt, ut tibi tua pecunia ſolvam in tuo territorio, quantum tibi hic mea ſolvere obligatus ſum. Quod quanquam abſque intertrimento collybi fieri nequeat, publicum tamen bonum privato præferendum eſſe cenſeo. Ita in regno Angliæ, in ditionibus Italiæ & alibi fieri videmus. Porro caveat quoque ut ne ex bonis nummis adulterini recudantur. Quam technam eleganter deſcribit Damhaud. in pract. crim. c. 62. n. 11. Quod ſeveritate edictorum in officinis monetalibus prohibebit & diligenti obſervatione magiſtratuum monetariorum explorabit. At nummis reprobis illatis, vel in ipſa rep. fraudulenter & clam percuſſis, atque in uſum receptis conſultum videntur prudentioribus, ut meliores ad tempus tollerentur, certa æſtimatione definiti & publicati. Quod vulgo Die Valvierung offentlich anſchlagen: reprobis autẽ omnib. exulare juſſis, ut neque in ſolutum dentur, neq; accipiantur, ſub pœna graviſſima. Quod ſi quis inſcius publici interdicti nummos exoticos inferat, conſtituendum, ut is prius eos nummos cenſuræ publicæ committat, quam exponat. Poſtmodum autem cum non amplius quidem nummi tolerandi, ſed tolendi videntur, edicat Magiſtratus, ut omnes nummi depravati ad loca deſtinata [puta in monetas publicas] deferantur, ubi in conſpectu deferentium frangendi, & æquabili pretio cum bonis commutandi. Ex quibus deinde alios probos ſecundum legem Reip. recudi oportet; vel ſi diſpliceat alicui ita deteriores bonis commutare, ut intra terminos certos, puta menſes aliquot, omnis moneta prava ad locum originis aut aliorſum efferatur, Quibus elapſis nihilominus pecunia corrupta limitato pretio pro ratione bonitatis publice permutanda ſit. Si qui ſint, qui contra edictum pravos & adulterinos retineant, in eos ſeveriſſime animadvertendum, ut niſi conſilio, monitione, ſuaſione, eo adigantur, pœnâ. At dixerit quis admodum damnoſum fore Reip. & ſingulis civibus monetam ærosam eodem anno tolli:

quo

Digitized by Google

quo pacto pretio diminuto bona ſingulorum diminuantur. Si enim ære ſeparato vix dimidium metalli boni in corruptis nummis ſupereſſe ſolet, anne ſubditus dimidium quantitatum perdiderit, ſi tantum ſecundum bonitatem materiæ ſinguli [illegible] ſunt? Hic quidem conſultum eſſet. Principem ferre dimidium damnum, alterum populum: cum ex duobus malis minus eligendum ſit, *Magis enim expediret*, inquit Bodinus, *talis ſanguinis miſſio ad evacuandos vitioſos humores, quàm totum corpus perpetua febri laborare & paroxyſmis non ceſſantibus conflictari.* Cum verò nummi exotici per negociationes inferri ſoleant, conſultum eſt, ut ad publicos mercatus, præſertim qui in confinio celebrantur, mittantur legati, qui inquirant & curam habeant, ne nummi adulterini inferantur, neque extra fines optimi efferantur. In Repub. ipsâ ſi quis ſuſpectus habeatur percuſſiſſe reprobos nummos, extemplo adimendum eſt jus monetæ. Hic ſanè regula tenenda eſt: '*Principiis obſta, ſero medicina paratur.* Summo ſtudio cavendum, ne adulteratio & corruptio nummorum radices agat, quo facto, vix extremis mediis malum eradicari poterit. Exemplum ante oculos ſitum eſt domeſticum, ut non opus ſit extraneo. Præterea nimia licentia aurifabrûm, qui ex optimis nummis vaſa aurea & argentea elaborant, temperanda eſſet, ut nullus monetam auream aut argenteam niſi cum conſenſu & permiſſu magiſtratus deficientibus metallis auſit frangere & in opera transferre, dardurch mancher gutter Thaler erhalten würde. Abuſus quoque eorundem & aliorum inhibendus eſſet, quo plurimum auri in deaurationes non tantum argenti, verùm etiam æris ferrique ligni, lapidis, corei &c. inſumitur. Cujus luxus & vetera & recentia proſtant exempla. De Nerone legimus enim deauraſſe totum palatium Veſpaſianum, inaurando Capitolio aliquanta millia aureorum impendiſſe, Agrippum tectum templi quod Pantheon, ex ære conſtans [illegible]ro obduxiſſe, ut à rubigine tutum eſſet. Qui abuſus etiam in argento militat. Ut taceam quantum auri & argenti prodigatur in veſtitus & varias merces aureas & argenteas. Cui Princeps legibus ſeveriſſimis proſpiciet. Ut ſi quis veſtitu deaurato aut torque, & catenâ aureâ præter dignitatis gradum uti velit, non niſi tributo exoluto liceat, aut aliâ pœnâ propoſitâ. Uti in Belgio more receptum eſt. Ut verò copiam auri & argenti in ſua republ. ad nummos percutiendos ſufficientem perpetuet, curet, ut quoad fieri poteſt, fodinæ metallicæ diligenter excolantur, & perquirantur, Damit das Bergwerck nicht liege / ad exemplum Philippi patris Perſei, de quo Liv. lib. 59. Metalla & vetera intermiſſa recoluit, & nova multis locis inſtituit. *Scip. Ammir. lib. 3. diſt. 8.* venas etiam divinâ gratiâ præeunte & præmonſtrante novas indaget, exemplo Germanorum de quibus Lipſius in Saturn. lib. 2. cap. 1. Quod ſi natura metallum deneget, arte defectus ſupplendus eſt, id eſt, aliunde adferendum. Referunt in Muſcoviâ neque aurum, neque argentum reperiri, ſed quod cuditur aliundè adportari, & ſub pœnâ graviſſimâ interdict[illegible] ſubditi aurum efferant. Hiſpanos ex India maximos theſauros acquiſiviſſe conſtat. Quod modo directo & obliquo fieri poteſt. Directo, conventione & contractu cum iis, qui auri & argenti copiâ abundant. Obliquo verò, cum per indirectum nummi ex alienis Rebuspubl. attrahuntur, ſi nimirum

Reip. iis bonis & artibus floreat, quæ exteris maximam commerciorum cauſam præbeant. Non enim fieri poteſt, quin Reip. variis bonis, artificiis & opificiis pollens, copiâ nummorum auctior reddatur, ob neceſſitatem & frequentiam commerciorum Exemplo ſit factum Joſephi Gen 47.v.14 de quo Caſſiod. Credo virum ſanctum tali neceſſitate conſtrictum, ut avaro Principi ſatisfaceret, & periclitanti populo ſubveniret. Non, ergo, Belgium, Italia &c. quæ commerciis undiquaque nummorum copiam attrahunt, inprimis pace diutina adſpirante contra interdicto uſu commerciorum quantâ inopiâ laborent univerſi & ſinguli, res ipſa & experientia conteſtatur. Strategemate quadam uti ſolent, ut dixi, mercatores ad bonos nummos congerendos, ut pluris æſtiment eos & in ſolutum accipiant, exceſſum verò mercibus imputent. Unde fit ut omnis generis merces inferantur & diſtrahantur, at optimi nummi ſpe lucelli perdantur & efferantur. Ut autem eo facilius animos hominum ad emendum alliciant, ſolent merces ſpecioſas, voluptuarias & arte elaboratas, in quibus nihil niſi manus opera & voluptas ineſt, puta ſuffiméta, gemmas, perlas & id genus alia inferre, quarum rerum maximum pretium, ſed uſus fruſtraneus. Earum tamen cupidine homines admodum afficiuntur, ut olim quidam trecentos coronatos pro chirothecis odoratis ſolverit. Hic ſane opus eſſet interdicto Principali, ut ejuſmodi vanitates nullo modo in Rep. tollerentur quibus homines ad mollitiem & luxum inſtigantur, & nummi ex rep. furtim quaſi diſtrahuntur. Et quod dolendum deriſioni talibus mercatoribus nos exponimus, quod lapidum aliarumque rerum pretioſarum cauſa pecuniæ noſtræ ad externas etiam aut hoſtiles gentes transferantur, ut Liv. loquitur. *Scip. Ammirat. lib. 3. cap. 8. diſcur. polit.* At dixerit quis me potiſſimum modum auri & argenti conficiendi præteriiſſe, qui ab Alchimiâ depender. Sunt qui putant non poſſe aurum arte produci: alii opinantur, quaſi perfectum fieri poſſe, quod tamen vero non æqui polleat, nec ignem ſuſtineat: alii ſibi perſuadent, perfectius reddi poſſe arte, quam id quod natura exiſtit. Denique ſunt qui dubitant, fieri poſſe, & proinde ſibi non ſatis hac de re conſtare, de quibus late lib. 5. diſquis. Magic. quæſt. 1. ſect. 2. & ſeqq. Martinus Delrius & Binsfeldius in l. 2. C. de Mathem. quæſt. 5. & ſeqq poſt alios, quos prætereo lubens. Ego quid ſentiam: Dubito. Nec autor eſſem Principi, ut hac arte defectum naturæ reſarcire conaretur. Res periculi plena. Aliorum me veſtigia terrent. Et pœnitere tanti non emo. Reſtat denique alius modus quærendi auri in fluminibus vulgo Goldwaſhen. Quemamodum in Delphinatu de conſuetudine licitum eſt, aurum perquirere in littoribus fluminum, nec de eo decima debetur, dum modo extra eam regionem non portetur, ſed in locũ vicinum cudendæ monetæ deſtinatum deferatur. *Fr. Mar. deciſ. 121. p. 1. P. Heig. p. 2. quæſt. 40. n. 149.* Et in quibuſdam locis Miſniæ in Albi fluvio arenulas auri, ut vocant reperiri palam eſt. His ergo incommodis & cauſis, quæ amiſſioni anſam præbent prudens legiſlator optimis conſtitutionibus obviabit, & pœnis ſeveriſſimis in delinquentes animadvertet, de quibus iam dicemus

De

De pœnis nummariis.

Cap. VII.

Hac de remediis prophylacticis: ſequuntur pœnæ, quæ quaſi Pharmaca malum adulterationis & amiſſionis tollunt: Quæ quia innumeræ & variæ eſſe poſſunt; prudentiæ relinquuntur legiſlatoris, quarum tamen quaſdam enumerare lubet.

POEnam & præmium duo elementa Reip. eſſe qui dixit, verè & prudenter dixit. Quid enim leges niſi ſanctione pœnarum & promiſſione præmiorum ſuffultæ. Homines enim cogi & flecti ad obſequium oportet, cum nunquam per ſe boni: imo licentia deteriores eſſe ſoleant. Quod ſi jam corruptio & amiſſio radices egerunt, ceſſantibus remediis prophylacticis, pharmaca accerſenda ſunt, quibus malum eradicari & tolli poſſit. Haud ſecus ac Medico faciendum, qui corpus ad tempus ſanum tuitus eſt, ſed poſtmodum infectum reſtituere tenetur iis medelis, quæ morbum tollunt. Quò vero hoc malum gravius, eo ſanè gravioribus pœnis coërcendum eſſet. Quâ de causâ Budæus lib. 3. de a[illegible]e pag mihi 99. Principes adhortatur. Quod ſi tam animosè Principes imminutæ monetæ crimina exercerent, quàm imminutæ majeſtatis exercent, melius cum rebus humanis ageretur, & [illegible]s fall[illegible]rent adulteratores nummi: quorum jam crimen multitudine reorū & [illegible]erdum potentiâ atrox eſſe deſiit. Variatas eſſe & adhuc variari pœnas numm[illegible], conſtat ex hiſtoriis & legibus diverſarum rerump. quas equidem definire [illegible] noſtri non eſt, ſed prudentiæ politicæ in unaquaq; rep. deſtinantur. Ne [illegible] tironi politico deeſſe videar, lubet hîc pœnas quaſdam enumerare, quæ [illegible] & hodie in rep. Romana & alibi frequētatæ. Unde quas ſuæ reip. congruas Politicus & Legiſlator arbitratur aſſumere, vel novas cōſtituere poteſt: ſiquidem [illegible] non cadunt, ſed hiſtoriæ relinquuntur. Graves tamen pœnas ubiq; fuiſſe inductas, ſumma neceſſitas rei nummariæ, in quâ plurimū & [illegible], ne quis leges transgrediatur. Traditur Diogenem Sinopeum [illegible] pecuniā, qua de cauſa una cum patre in exilium pulſus. *Diog. Laert. in vita [illegible]. Suidas.* Apud Ægyptios corruptoribus monetarum ambæ ma[illegible]tabantur. *Diod. Sic. lib. 2 de leg. Ægypt. c. 3.* ultimo ſupplicio Commodū [illegible] animadvertiſſe ob tale crimen refert Herod. in Com. Tacitum Imp. [illegible] qui ar[illegible] publicè privatimq; æs immiſcuiſſet, & æri plumbū, capitale [illegible] proſcriptione. A. Vopiſcus in vita ejus teſtatur. Philippus Pul[illegible] ob monetā [illegible] ſuſpendi & necari juſſit, quod non pater [illegible] ad juſtum [illegible], ſed priori pro nutu proprio uti v[illegible] Demoſthen orat. in Leptin. Miror, inquit, eos qui [illegible] apud [illegible] capite mulctari, Athenienſes: illis verò qui

totam civitatem adulterinam & infidam reddunt, dicendi fieri poteſtatem. Lex Orientis apud Harmenop. *lib.6.promt.t.14.* habet: Qui adulterinam monetam cudunt, & ipſis, & qui eis in ea re miniſterium exhibuerũt, manus amputantur. Item Lex Longobardica *lib.1.LL. Longob. tit.1.de eo qui fa'ſ.monet.* Si quis aurum ſine juſſione Regis figuraverit, aut monetam confinxerit, manus ei incidantur. De jure civili differunt leges ꝧ. & C. Nam Ulpian. in *l.quicunq; ad Leg. Cornel.de fal ſ.* ait: Qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulteraverit, falſi crimine tenetur. Tenetur & lege Juliâ peculatus. Qui in aurum, argentum æsve publicum quid indiderit, vel immiſcuerit, & ut quid indatur, miſceatur, fecerit ſciens dolo malo, quo id peius fiat. Servi etiam præmium libertatis accipiunt, ſi dominos falſæ monetæ reos detegãt. *lib.53.ꝧ.ubi quis ager. & l.2.C.quib.ex.ca.ſer.u.propræm. lib.accip.* Jure verò Codicis: Monetarios adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes, ultimo ſupplicio afficiẽdos, & domum vel fundum in quo fabricentur, publicandum *l.1.de falſ.monet. & in l.2.* Si quis nummos falſa fuſione formaverit, univerſas ejus facultates fiſco addici Impp. præcipiunt, & præterea flammarum exuſtionibus reos mancipari, accuſatoribusq; eorum præmium proponi. Adeò ut etiam conſcii criminis puniantur *l.1.C.eod.* Et quidem ignis pœnam promiſcuè obtinere, ſive in Imperatoris moneta, ſive in inferioris falſa percuſſa fuerit, Menoch.de arbitr.jud.quæſt.cauſ.,16 n.9.cent.4.tradit: Jure Saxon. vivi cremantur, Quod etiam Ordinatione Caroli V. act.1. & conſuetudine imperii obtinet. Confer *Dambud.in prax.crim. cap.65. Boſſ. & alios Dd.in c.quæ ſint re. alia. verb.moneta. Sixtin.cap.de monet.tr.de regal. Pet.Greg in Syntag.lib. Daniel Mo[illegible] li.2. Semeſtr.c.35.* Qui verò radunt vel tundunt, ſi liberi ſunt, ad beſtias damnantur; ſi ſervi, ſummo ſupplicio afficiuntur *l.quicunq; ad L.Cornel.de falſ. Clar.lib.5.ſent. §. falſi.* At ordinat. Caroli V pœna eſt arbitraria, quæ etiam Conſtit. Ferdinandi *Anno 59.§.* Hiermit ſetzen/ordnen. continetur. Qui verò probam exponunt, sed privata æſtimatione, auro & argento ſuo mulctandos eſſe. *Conſtit.ejuſd. Ferdin. Anno 59.§.* Welcher aber diß wird vbertretten in den Goltgülden. *Hic l.1.C.de pond.lib.10.* Punitur etiam qui antiquam pecuniam recuſat *l.1.C.de vet.numiſ.præter. Matth. de Afflict.in verb.moneta.n.8. Menoch.d.l.* Denio; qui probam cudunt, ſed jus non habent arbitrio judicis puniuntur. *Conſtit.Car.V.act.113.l ult. C.de falſ.monet.* Qui verò regale habent, ſi jus illud venditione, aut alio titulo alienent, aut locent, hoc jure privantur. *Conſtit.Imp.Anno 51.§.* So haben wir vns. ubi additur mulcta 4. marcarum auri. Et qui aliam pecuniam, quàm quæ legibus imperii permittitur, cudit, incurrit indignationem graviſſimam Imperii, & inſuper 50.libr.pendere tenetur. *Conſtit. Anno 59.§.* Hierauff ſetzen/ ordnen vnd wollen wir. Qui verò alienant vel inferunt falſam monetam, ſolet illa confiſcari. *Conſtit.Imp.80. §.* Aber ſonſten alle. Et *Conſt.Ratisbon.Anno 76.§.* Ferner auch. Cæterum haſce & ſimiles pœnas in decretis monetalibus Romani Imperii & aliorum regnorum nec non apud autores qui de pœnis tractant, videre licet: quò lectorem accuratius indagandi causâ remittendum cenſeo. Hic ſat ſit tantum ſummo digito eas indicaſſe.

De

De incremento Nummorum in Rep. parando.

Caput VIII.

REſp. nummis accumulatur frequenti fabricatione, cui ſtudium & cultura metallifodinarum veterum & novarum inſervit: Nec non aſſidua attractione & illatione exoticorum, cui cauſam præbet inprimis frequentatio nundinarum ſive mercatuum, agriculturæ & opificiorum, ſtudio commercius manum quaſi porrigente: tum Civilis exterorum concurſus & converſatio, cujus occaſio multiplex eſſe poteſt.

HActenus de conſervatione nummorum actum: ſequitur ut quoque de incremento eorundem videamus. Siquidem publicè intereſt, non tantum nummos in rep. conſtere, verum etiam ad potentiam & magnitudinem ejus ſtabiliendam ſummopere opus eſt, eos maximâ copiâ adeſſe. Sunt enim nummi nervi rerum, & quo copioſiores, eo fortiores ſuppeditant vires & pacis & belli tempore. Imbellem dixeris civitatem, quæ aliis bonis abundet nummis deſtituta. Itaque Principe & politico non minori curæ eſſe debet nummos cumulare quam fabricare & fabricatos conſervare. Non agam hic de augmento ærarii, ſed de incremento nummorum, quod & utilitatem publicam & ſingulorum promiſcue ſpectat. Quibus enim rationibus ærarium publicum ſacrum, civile & militare fundetur, quibuſque conſervetur & augmentetur differendi locus erit alius de pecunia publica.

Ut autem [illegible] modis nummi parantur. Ita quoque remp. iiſdem ditari conſequens eſt: puta frequenti nummorum fabricatione & illatione alienorum. Fabricationi inſervit ſtudium metallifodinarum, quod materiam ſuppeditat. Qua de cauſa Principem ſolicitum & induſtrium oportet eſſe in cultura venarum metallicarum veterum & novarum indagatione. Ad exemplum Philippi patris Perſei. [Livio teſte lib. 39. pag. mihi 488.] Qui metalla & [illegible] intermiſſa receluit, & nova multis in locis inſtituit. Sunt enim metallifodinæ vera mercatura Principum, quibus [illegible] reſp. ditare poſſunt, & quibus nemo præter illos manum admovere poteſt. *[illegible] in quæſt. part 1. quæſt. 2. P. Heig. p. 1. quæſt.* Præſupponenda autem eſt [illegible] loci. Nam non omnis fert omnia tellus. De Hiſpaniâ teſtis eſt Juſtinus & [illegible] lib. 8. cap. 22. de Novo orbe alii teſtes oculati, de Italia Plin. lib. 33. cap. 4. de [illegible] Bonfinius decad. 1 lib. 1. De Germania noſtra quæ Tacitus pag mihi 63 [illegible] Germ. Argentum, inquit, & aurum [illegible] an irati Dii negaverint, [illegible]. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam ar-

gentum aurumve gignere. Quis enim ſcrutatus eſt? Quid enim deſi[illegible] Germaniæ, quod hodie induſtria hominum non indagatum & inventum [illegible] metallis Tacito oppono Georg. Agric. lib. ſing. qui Bermannus inſcribitur de re metallica. pa. mihi 14. Hodie, inquit, plurimi ſcrutantur & reveta inveniunt: Teſtis eſt Goſaria, Fribergum, Cottenbergum, Snebergum, Anneburgũ, Vallis Ioachimica &c. de qua eleganter Matheſ. in conc. ſarept de Miſn venis metallicis Vide Petr. Alb. in Chron. Miſn. metall cap. 16. Quanquam venæ auri rariores videre tamen licet in Miſnia aurum purum ignem non expertum, & in Albi & multis rivis inveniri *ut teſtatur Kentmannus in catal. rer. foſſil pag. mihi & Albin d.c. 10. Vide etiam d.l. 3. c. 4.* Apud nos tribus modis aurum invenitur: fluminum ramentis & in Tago Hiſpaniæ: nec ullum abſolutius aurum, Curſu ipſo trituque perpolitum, vulgo Weſchgelt. Contra Miſniam argentifodinis cum aliis Europæ locis certare indubium est. *Georg. Agricol d. lib. ſing. & lib. 8. de nat. foſſil. Petr. Albin. d.c. 16.* Et eleganter Camerarius, Quid ego de venis atq; fodinis argenti & æris referam, quarum ingens copia in montibus Miſnia reperta, nõ modo ſuam gentẽ, ſed exteros etiam hominis divitiis atque opibus complevit, & hæc lucra plurimos, ut ait Plautus, luculentos reddiderunt. Imitentur itaque Principes exemplum Perſei, & principum Germaniæ, qui montes horridos ſed fœcundos metallis cultos effecere. Et quod auri divitiarum in ultimis terræ viſceribus abſconditum latebat: aſſidua induſtria luci & uſui humano expoſuere. Quid enim humanum ingenium aſpirante gratia divina & natura juvante non eruat? Habet enim ingenium humanum æternum incrementum, & ut Iuriſconſultus loquitur in *l. 65. §. de legat. 3.* Omnes adhuc diſcere poſſunt, & omne artificium incrementum recipit. Quod probat exemplo Medicinæ Thom. Muffetus apol. Tym. pag. 26. & Iuſtinianus ait: Naturam deproperare edere novas formas. Ut quæ terra Germania olim fuerit in univerſum aut ſylvis hortida, aut paludibus fœda: hodie ſylvis denſiſſimis ſpoliata & culta: & quæ valles olim latibula ferarum, hodie habitacula hominum exiſtant.

Quod ſi regio auri argentique copiam deneget, ad nummos alienos attrahendos animum appellat. Ars enim naturam imitari dicitur. Videat Princeps, quibus modis mediiſque nummos exoticos quaſi aucupari poſſit, qui partim a frequentatione commerciorum i.e. Iuris emendi vendendiq; ex parte, partim à converſatione populorum dependent. Qua de cauſa Plato, quem adducit Iuriſconſultus Calliſtratus in *l. 2. de nund.* negociationes admodum commendat. Denique, inquit, ſummæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos Plato cum inſtitueret, quomodo civitas bene beateque habitari poſſet, inprimis iſtos negociatores neceſſarios duxit. Sic enim lib. 2 πολιτείας, i.e. civilis converſationis ait: Indiget enim civitas pluribus, utique ruſticis, & aliis opificibus, & aliis miniſtratoribus: Itemque his qui invehant & evehant ſingula. Hi autẽ ſunt negociatores. Quibus neceſſitatẽ cõmerciorum & mercatorum utilitatem adſtruit. Mercatorum forte qui abſq; fraude mercimonia exercent: ſiquidem alias Mercator vix ſine fraude eſſe Imperatori videtur *l. 6.* [illegible] *l. 4. C.* [illegible] *re milit.* propterea quod ſuperflua e regione eveh[illegible] & quæ neceſſaria aliunde advehant terra marique. Quod aliquo [illegible] cum fieri vix commode poteſt, quamquam & [illegible]

Vis

Vis ergo civitatem nummoſam reddere, anſam præbe exercitiis commerciorum, mercatibus & nundinis inſtitutis, qui propterea & Principi reſervantur & ab eo impetrantur. *l. 1. de nund. l. 1. C. eod. aut a Senatu Plin. in Epiſt. 4. lib. 15.* Solers vir prætorius a Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris nundinas permitteretur. Exemplo eſt Belgium, Italia, Anglia, Hiſpania, Gallia, Germania, ubi divitiis florentiſſimis commercia reddiderunt Amſterodamum, Venetias, Londinum, Lugdunum, Olyſſiponem, Lubecam, Francofurtum, Norimbergam, Lipſiam. Quam ob cauſam & mercatoribus varias immunitates indultas eſſe advertimus, inprimis nundinarum tempore, uti ex decretis Romani Imperii, Ordinationibus Regni Galliæ aliiſque conſtitutionibus Electorum & Principum colligere licet. Cæterum ut occaſio præbeatur in tua rep. nummis inferendis, operam adhibe, ut ſtudia agriculturæ & opificia aſſiduis laboribus tractentur. Etenim ſi tellus natura & fœcunditate ſua variam materiam proferat, (quid enim agendum ſolo invito Columel. *lib. 1. c. p. 3.*) puta metalla & mineralia, animalia, volatilia, aquatilia, quadrupeda fera & manſueta, arbores, fructus, frumenta, legumina, ligna, & ſi quæ ſunt id genus alia ad humanæ vitæ ſuſtentationem neceſſaria anne opportuna & optima commerciorum tractatio habebitur? Adeo ut populi ex vicinis & diſſitis locis optimos nummos ad merces comparandas cumulatim adferant. Cum nulla Reſp. exiſtat, quæ ſibi ſufficiat. Porro quia terra rudē indigeſtamq; & efformē plerunq; profert materiā, quæ elaborata decies materiā manus pretio ſuperare ſolet: (quādoquidē infinita opera ex ferro, ex plūbo, ex lino, ex lana, ex corio &c. variegata arte elaborari poſſūt,) operanda, ut ad illa effingēda ingenioſiſſimorū opificū collegia inſtituas. Exēplo ſit Belgium, Mediolanū, Noriberga, magnū regnū Chinæ, ut taceam de priſcis. Nam Impp. Romani omnium fere opificiorum corpora Romæ inſtituere, privilegiis tributis, ut operam Reip. locarent. Hi enim opifices non ſolum opera neceſſaria ſuæ reip. verum etiam aliis ingenti copia, ingenio & arte adfabrè facta ſuppeditare ſolent, ut ſępe ars naturam ſuperare videatur. Quarum amore animus novitatis & raritatis avidus ducitur, & ſępe cum iacturâ nummorum ſeducitur. Et dolendum eſt, populos quoſdam admodum vecordes & cæcos exteris nationibus materiam rudem venalem exponere; ſpe exigui lucelli. Quam indutam poſtmodum variis formis centuplo revendant iis, à quibus eam nacti fuerint. Quod ſi opificiorum uſum & copiam in ſingulis civitatibus habere nequeas (ſæpe enim natura Solis & ſoli materiam & Minervam renuit.) invigilandum eſt, ut uno forte opificii genere cæteris antecellant. Alii enim artificio [illegible] rum, aliæ pannorum &c. præſtare videntur. Præter mercaturam nummorum copiæ [illegible] & variis ex cauſis anſam porrigit converſatio exterorū con[illegible] ē ſemper connexa. Cauſas intellige [illegible], quæ exteros ad [illegible] civilem inſtigant. Veluti ſunt aulæ Principū, ſumma tribunalia ſive curiæ. Quādoquidem ob concurſum civium nobilium & ignobiliū, peregrinorum [illegible] adventū, qui in aulis & curiis verſantur, multo'q ſumptus impēdūt, n[illegible] ubiequi nūmorū augmētū. Exemplo eſt aula Imperatoris, Electoru, Regū: Supremū tribunal in Romano Imperio: Parlamēta in Gallia &c.

Sũt deinde Academiæ & Gymnaſia, quæ peregrinis ad tẽpus commorãtib. ſtudiorum gratiâ hoſpitium præbent, qui optimos nummos importare ſolent Exemplo ſunt (ut taceam de antiquioribus) hodie Germaniæ, Italiæ, Galliæ &c. urbes, quæ ſtudiis artium, nec non diſcentium & docentium frequentia florent & ferme impenſis peregrinorum ſuſtentantur, & amplificantur. Viæ quoque regiæ Die Landſtraſſen / portus Port vnd Niederlagen / facientibus iter commerciis & nummorum auctioni cauſam ſuggerunt. Item urbes ad vias regias fineſque imperii ſitæ. Denique varia incitamenta, quæ homines ad peregrinandum movent, puta amœnitas, elegantia, magnificentia urbium, thermarum opportunitas, ludi & ſpectacula publica, inſolentia rerum naturalium & artificialium, & ſi quæ ſunt id genus alia. Confer Iohan. Boter. & Hippol. è Coll. &c. Quapropter ſi Principes ſuis civitatibus de ejuſmodi invitamentis prudenter proſpiciunt, utique & nummorum copiæ proſpexiſſe videntur. Quos viros veluti vires comitari oportet, ſine quibus peregre agere intutum, incommodum & impoſſibile. De monte pietatis adderem, niſi hunc modum ad ærarium publicum reſpicere animadverterem. De quo differentem vide *Andr. Friccium lib. 3. ca. 12. n. 12. de emendat. reip. Bern. Scardum lib. 2. histor. Patavina claſſe 5. Bodin. Apol. contr. Maleſtret.* Et hæc de incremento nummorum parando: quo dicterium ſpectat vulgatum: Handell vnd Wandell bringet das Gelt ins Land /

De mutatione & ſublatione Nummorum.

CAP. IX. ET ULT.

RESTAT tandem de mutatione & ſublatione nummorum agere. Quæ quidem vix abſque detrimento publico & privato fieri poteſt, & proinde non temere tentanda. Quam tamen ſi fieri neceſſaria & graviſſima cauſa urgeat, autoritate publica & lento gradu fieri publice & privatim expedit. Mutatio autem monetæ fit, cum bonitas vel à materia vel forma dependens, vel aliud adjunctum, puta nomen aut figura mutatur. Sublatio cum uſus nummorum in Rep. uſurpatorum tollitur.

NUmmos equidem in Rep. conſtitutos, conſtantes & perpetuos eſſe oportet, quod iis ſalvis ſalus publica & privata ſalva. Contra re nummariâ vacillante, ſtatum reip. & ſingulorum vacillare neceſſe eſt. propterea quod incertitudo materiæ & pretii incertitudinem quoque bonorum & cenſus cuiq; pariat, neç cuiquam certo conſtat, quantum in facultatibus poſſideat. Unde etiam incerti contractus, reditus & vectigalia atque expenſæ, ſeu ſtipendia publica tam pacis quam belli

belli tempore incerta & dubia readuntur,& infinita inde rerum confuſio & ἀταξία ſuboritur N. *Leon.52.c.quanto X. de jurejurando.* Verum cum nihil tam ſtabile & firmum, quin ſui natura mutationi obnoxium, atque interdum cauſa in Rep. occurrat, quæ mutationem cauſetur, de illa quoque pauciſſimis hac ultima parte diſſerere neceſſum eſt. Primum autem in dubium vocari poteſt, an Princeps pro libitu & jure poteſtatis monetam legitimam mutare poſſit abſque conſenſu ſubditorum? Et reſpondent Politici & Iuriſconſulti, quod non poſſit: quippe quod Princeps in juſticiam impingat, cum monetas legitimas, in quibus ſalus Reip. & facultates ſubditorum conſiſtunt, temere mutare velit, propterea quod hoc cenſu ſubditos bonis ſpoliare videatur. *Covarr.lib.1.de vet.numis.prate.p.1.§.1.c.7. R. Sixtin.de regal.cap.9.n.50. Budell.lib.1.c.16.n 8. Oreſm de mut. monet.cap.21.* Principali tamen poteſtati Principem mutare poſſe cauſa graviſſima urgente ratio ipſa dictitat & ſvadet. Si enim nummus à lege eſt, ſalutis publicæ & ſingulorum gratiâ inventus, conſectarium eſt, eundem quoque ab eo, qui legis poteſtatem habet, id eſt, à Principe mutari & tolli poſſe *arg.l.nihil a R.J. Ariſt 1.polit.5. & 6. Ethic.cap. cap.5.c.quanto X.de jurejurando. Albin. Brunus in tr.de augm.& demin.monet.n.5. Alexander in l.eleganter §.quod de pig act. Pet. Gregor.in Syn.* Sed quia Princeps nihil contra æquum & bonum, quia fons juſticiæ & lex animata interris, facere præſumitur, ideo urgente tantum neceſſitate ad mutationem eum progredi convenit. In rebus enim novis conſtituendis evidens utilitas eſſe debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt. *Vlp.l.2.de conſt. Princ. Michael de monte in diſcur.polit.tit.de legat.mutat.* Quod ſi contra faciat, non tantum injuſte agit ſed & populum ad rebellionem irritat. Exemplo eſt Philippus Pulcher & alii. A quo facinore Tho.l.2 c.3.de regni prin.ſeuere Principes dehortatur. Modeſtus ergò Princeps in mutãdâ monetâ eſſe debet, etiã cauſa urgente. Quid enim monetã mutare aliud quam ſtateram aut pondus? quod quantum Deo diſpliceat, ſacræ literæ evidenter docent *Cag.in tr.de rat prin. inſt.n.44.* Quippe quod mutatio nummorũ cum diſpendio publico & privato, nec non dedecore Principis conjuncta ſit, ut late deducit Oreſ.d.c.21. Quæritur, quæ ſatis prægnantes cauſæ? Quas Principis prudentię ũ varient, cõmittendas cenſeo. Solent tamen à Dd. quędã recenſeri, utpote ſi belli neceſſitas, quod plurimos ſũptûs & nũmos, qui nervi belli deſiderat, monetã pondere vel materia minui aut valore augeri urgeat. Ut dũ bello II. Punico libræ æris pondus minutum eſſe conſtat. Plin.l.33.c.3. Quadrans, inquit, antea Triuncis vocatus à III.unciis, poſtea Hannibale urgẽte Q. Fabio Maximo Dictatore, aſſes unciales facti, placuitque denarium aſſibus XVI. permutari, Quirinarum Octonis ſeſtertium quaternis. Jta reſp. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus. Aliam deinde cauſam juſtam cenſent, quando Princeps ſubſidio indiget pro defẽſione. *Paris de Put.in tr. Synd. t.de exceſſ.imp.n.6. Johan. Coppius quaſt.59 n 30.* Vel quando maxima nummorum copia colligenda eſſet pro redemtione principis *Gabriel Biel. de moneta concil. X.* Tollendi verò cauſa juſta videtur, ſi vetus pecunia & aſſiduâ & longâ contrectatione & uſu deterior facta fuerit: cujus vice nova recudẽda. Quẽadmodũ in moneta papyracea apud Indos fieri refert Ioan Aub.l.2.c.18.de mor.gent. quæ obſole

N

Digitized by Google

tâ & obliteratâ imagine regis cum recenti commutari ſolet. Vel quando communi æſtimatione materies carior & precioſior redditur. *Covar. d. loco.* Addenda eſt & illa cauſa, quando numiſmata bona extra fines Imperii clam transferuntur, cui malo alias occurri non poſſe videtur, quam ut boni conflentur, & exinde alii recudantur, qui bonitate nummis exoticis & vicinis reſpondeant. Cum alias exteri vix ceſſent optimos nummos cumulare; & in deteriores mutare, ut exemplo regum Galliæ Bodin. probat. de rep. & Anton. Faber. de var. num deb ſolut. lib. 1. cap. 1. Hiſce autem & aliis juſtis cauſis. (Unvermeidliche Krieges und Landesnott) deficientibus, conſequens eſt, monetam abſq; conſenſu expreſſo vel tacito populi *arg. l. 32 de ll. l. 3. C. quæ ſit longa conſuet.* non mutari aut tolli poſſe, cujus intereſt eam conſtitui & mutari. *arg. leg. ſi quis in conſcrib. C. de pact. c. quantum peric. 7. q. 1. d. c quanto, verbo Irrequiſito pop. Landen: in tr. de mon. q. 8 deciſ. 327. num. 6.* qui id in regno Hiſpaniæ obſervari aſſerit. Sic apud Romanos Marius Gratidianus Prætor, cum hanc rem agitaret, collegium trib. plebis adhibuit, ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. Siquidem populus Principi jus monetæ regale conceſſiſſe videtur, non ut de eo pro libidine diſponat, maxima cum jactura ſubditorum & injuſticia, ſed ut ad ſalutem & vtilitatem publicam nummos conſtituat, conſervet, augeat & mutet. Omnia quidem ſunt Principis non dominio, ſed Imperio juſto & legitimo, uti Seneca ait. Et Nic. Oreſm. in tr. de monet. mut. c 6. confirmat. Princeps ergo cum conſenſu vel populi totius, aut majoris partis mutet aut tollat monetam. Qua ratione populo volenti non infert injuriam. Et præmonere debet populum publice de mutanda monetâ & modo: Ne interim alii viliori monetâ emant, & fortiori deinde vendant. Unde maximum lucrum cum jactura proximi coniunctum. Quod ſi ſecus faciat, non Princeps ſed tyrannus habebitur; qui mutando monetam bona adimere, nec alienam ſed ſuam utilitatem quærere videbitur. In qua parte præcludenda feneſtra adulatoribus, qui utilitate communi poſthabita lucellum Principis, imo potius ſuum aucupantur, conſuadendo mutationes nũmorum. Unde prudenter & verè ait Bodinus: Summa eſt & barbarica injuſticia, & inevitabile Reip. damnum, ſi pretium auri & argenti pro arbitrio ſuo velit mutare Princeps augendo & diminuendo pedem monetarum. Nec inventurus eſſet Principem aut populum vicinum qui cum ipſo cõmercia tractare velit. &c. Et dolendum eſt privatas imò publicas perſonas extitiſſe, quæ jure quaſi ſibi mutationem monetæ vendicarunt, nõ veriti majeſtatẽ Principis violare. Quod quidem apud eos Principes doloſe perpetrare ſolent, apud quos autoritate ſua facile abuti poſſunt.

Cæterum mutatio monetæ fit vel materia mutata vel forma: proportione vel qualitate. Quoad materiam mutari poteſt moneta alia meliori ſuffectâ. Puta ſi primitus ex ære nummi percuſſi, poſtea auri & argenti fodinis repertis, aut aliũde copiâ metallorum ſuppetente commutentur cum aureis & argenteis exemplo Romanorum Ovid. 1. Faſtor.

Æra dabant olim, melius nunc nomen in auro eſt,
Victaq; conceſſit priſca moneta nova.

Quis enim frugibus inventis glande veſci malit Propterea quod communi cõ-

ſen-

ſenſu apud omnes populos metalla pretioſa monetis probis deſtinentur. Contra ſi forte nummis ab initio puris percuſſis Metallifodinæ & copia auri argentive deficerent ſalutis publicæ cauſa permutatione legitimorum redimantur, de quibus ſupra. Mixta deinde materies non facile incremento æris mutari debet, ſed perpetuam legem ſervare. Verum quam frivolè ſub hac ſpecie peccetur, cujvis obvium eſt. E re principis eſt, adulterinis nummis ærarium ditari, ſed juſticiæ & ſaluti communi adverſum. Sunt qui mixtionis variandæ cauſam putant juſtam, ut falſi nummi exterorum obtruſi, hac ratione quaſi obtrudantur: neque fote, qui depravatas è rep. exportent. Quod malum quanquam cum quodam detrimento ſingulorum civium fiat: communi tamen bono, quod nummi intra fines retineantur, repenſari videatur. Ex duobus enim malis minus eligendum: & publicum commodum privato anteferendum eſſe. Videmus enim noſtrates non adſportare nummos exteros corruptos. Verum ut ille ait: Omne fere magnum & ratum exemplum aliquid iniqui ſecum trahit: ita quoque ſine diſpendio publico hanc rem tentari poſſe nō puto. Siquidem diminutione & corruptione probæ monetæ mercimonia valde corrumpuntur & dilabuntur. Commerciis autem è rep. ſublatis vel intermiſſis, continuo ipſa Reſp. rerum inopia laborare incipit. Tentet itaque Princeps hanc viā, ſed ſobrie & caute, forte ad tempus, quod multa moderari & corrigere ſolet. Sequitur ut amplius agamus.

De mutatione monetæ in forma, quæ fit in pondere charactere & æſtimio.

FOrma mutatur, ſi vel pondus minuitur, vel character innovatur, vel deniq; æſtimatio augetur vel diminuitur. Pondus intelligitur mutari etiam in parte aliqua, minuatur, vel ſi ex uno bini officiantur, eiuſdem valoris quo primus. Quæ ſane mutatio plane illicita & turpiſſima corruptio eſt. Perinde enim facit Princeps, qui pondus nummorum corrumpit, ac is qui menſuras publicas, quod lege divina & humana vetitum. Ita enim Deus præcepit *Lev. 19. ver. 35. & 36.* Ne exercete perverſitatem in ullo munere, in dimenſione, in pondere, in menſura, trutina juſta, pondera juſta, Epha juſtum &c. Item Pondus integrum & juſtum eſto tibi &c. *Deut. 25. l. annonam de extra crim. l. ſi quis de act. empti. l. 1 arbitrio §. 3. de dolo malo.* Conſtet (ait Caſſiodorus lib. 1. cap. 10.) populis pondus ac menſura probabilis, quia cuncta turbantur, ſi integritas cum fraudibus miſceatur. Da certè ſolidū, & aufer inde ſi prævales: Trade libram & aliquid inde ſi potes, imminue. Cuncta ita (nominibus ipſis conſtat proviſum) aut integra tribuis, aut non ipſa quæ dicuntur, exſolvis. Non poteſtis omnino, non poteſtis nomina integritatum dare, & ſceleſtas immunitiones efficere. Huic fraudulentiæ plurimi indulgent, qui ex ponderoſis nummis congeſtis leviores efficiunt & populo imponunt, maſſa & charactere incorruptis. Quod tamen neceſſitate exigente, haud illicitum exiſtimatur ad exemplum Romanorum. *Plin.* Libræ pondus æris imminutum bello Punico, cum impenſis Reſp. non ſufficeret, conſtitutumque ut aſſes ſextantario

Digitized by Google

pondere ferirentur. Ita quinq; partis factæ lucri, diſſolutumque æs alienum. Item Feſt.d.V.S. in verbo *Sextant.æris*. Obſervet autem hîc Princeps regulam. Non exemplis ſed legibus judicandum, ſi reipublicæ & privatæ bene conſulere velit, niſi cauſa graviſſima urgeat.

Deinde forma mutatur characteris innovatione, forte cum antiquæ monetæ uſu interdicto nova introducitur formâ novâ. Propterea quod vel imago contrectatione planitus extincta fuerit, vel cum nova moneta extranea & falſa, imaginem tamen veræ & antiquæ referens irrepſerit. Nonnulli enim externi populi figuram noſtram nummorum imitati ſunt, atque hac ratione ſuos ad noſtros invexerunt And. Friccius ait lib. 1. cap. 14. de rep. emendar. Quo caſu ſi aliter mederi huic vitio Princeps nequeat, interdicta antiqua moneta & falſa, impreſſionem mutare poterit. Vel ſi pondere imminuta fuerit antiqua, uſu vel etiam arroſione, alia ſane poſſit recudi, forma differente ab antiqua, ut inter utramque aliquid diſcriminis extaret. Iniquum autem foret & adverſus *ll. 1. & 2. C. de vet. num. prat.* Si Princeps figuram veterum Principum & vultus veneratione dignos reprobaret: ſuo tantum in nummis inſcripto, quod in injuriam prædeceſſorum vergeret. Denique cum pecuniæ æſtimatio debeat eſſe perpetua, non facile proſiliat Princeps ad pretium nummorum augendum vel minuendum, propterea quod hæc res, cum maxima jactura Rei privatæ & publicæ conjuncta ſit. Quid enim certi ſperent homines de ſuis facultatibus: & quæ certitudo tributorum, & vectigalium publicorum? niſi vel belli neceſſitas aut ærarii inopia ex duobus malis minus eligendum exigat. Quo caſu interdum nummi viliori pretio accipiuntur: & majori poſtmodum expenduntur, ut quodammodò ærarium exhauſtum reſarciatur. Salus enim publica ſuprema lex eſto. Nummos ex auro & argento æreque cudi è rep. eſt, ut ſibi inuicem proportione, id eſt convenientia quantitatis & qualitatis reſpondeant. Qua enim proportione aurum ad argentũ communi inprimis vel civili etiam lege habetur: eadem quoque percuti nummos publicè utile eſt. Proportio autem in pondere, charactere & æſtimatione inprimis elucet: Adeò ut ἀναλογικῶς nummus aureus cõveniat argenteo quoad pondus, formam & precium. Puta aureus proportione duodecupla æquiparatur duodecim argenteis & contra. Talis itaque proportio non facile mutanda eſt, ita ut aureus reſpondeat quatuordecim aut pluribus aut paucioribus argenteis. Quippe quod hac mutatione lex veluti auri & argenti naturalis, naturaleque æſtimium contra jus gentium aut civile cum jactura populi violetur. Niſi interdum raritas & caritas metalli urgeat. Ut ſi reſp. tua auro deſtituatur, nec tanta copia haberi poſſit, Æſtimium ſane aurei nummi extolli poſſit aut minui, ut quod ante duodecim argenteis valuerit: in poſterum valeat quatuordecim aut pluribus, donec defectus auri aliquantillum reſarciri poſſit natura vel arte. Caveat verò Princeps, ne habendi cupidine temere leges proportionis corrumpat, ut hac technâ populi aurum occupetur vili pretio, quod poſtea duplicato proſtituat. Quod adverſus juſticiam, quę cuique jus ſuum relinquit & nemini aufert.

Denique mutata materia vel forma nummi, æquum & bonum eſt, nomen quo-

que nummi immutari. Nomina enim rebus convenire debent, ut Iuſtinianus ait. Et Poeta.

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Quippe quod ſuſpicionem falſi non effugeret Princeps, ſi mutato pretio vel bonitate nummi, antiqua nomina æque novis communicaret. Libra enim mutata non amplius libræ nomen jure reſervat. Ita ſolidus, denarius & id genus alia. Mutatio verò figuræ arbitraria & extra periculum poſita eſſe videtur.

Porrò mutatio ne fiat de ſubito, cautio eſt, cum omnis mutatio periculoſa, nec facile mutanda ſint, quæ ſemper certa fuere *l. fin. de conſtit princ.* Periculoſior ſane mutatio fuerit, quæ majori damno reip. & ſingulorum civium obnoxia. Itaque nummi inſenſibili quaſi modo mutandi & tollendi ſunt, eoque pacto, ut minimũ detrimẽti inde Reſp. capiat. Imp. Aurelianus monetã novam publice diſtribuit, & plebem quicquid haberet adulterinæ monetæ tradere juſſit. Quo facto commercia ab omni confuſione liberavit ut allegat Robert. lib. 1. rer. jud. cap. 16. Alexius Com. Imp. cũ monetã à prædeceſſorib. ſuis adulteratã repeiſſet æneam cudi juſſit, quâ in Imperii expenſis uteretur. In vectigalibus verò probos aureos exigebat. *Zonar tom. 3. p. 138.* Optimus princeps ex ejuſmodi exemplis eligat, quid ſibi ommittendum vel ſequendum; ſecundum præceptum Livianum & Iuriſconſult. regulam. Non quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat ſpectandum. Inſuper Politicus attendat etiam in mutatione & ſublatione monetæ ad ſpecies, ut quæ frequentiores in contractibus & inſtrumentis nõ repente tollat, ſed potius ad tempus toleret. Definiat quoque qua moneta cenſus & collationes publicæ ærario inferendi *c. olim 10. X. de cenſib. Plin. lib. 33. c. 3. M. Freher. de numis. cenſu p. 18.* Deſcribat quoq; nũmos certis appellationibus & quid ſignificent ſua rep. *Copp. quaſt. 26. Mynſingerus 1. obſerv. 65. Conſt. Elect.* puta quid nomine Geldgülden / Groſchen / Schreck. &c. veniat. Deniq; ex norma juſtitiæ & æquitatis leges promulget, quo pretio nummos mutatos expendi & accipi oporteat, novorumq; æſtimationẽ publicet, qui pondere, bonitate & valore ab antiquis diſcrepent. Ubi etiam illa quæſtio definienda, utrum contractus an ſolutionis tempus mutatâ moneta inſpiciendum? de qua *Mynſing. 4. obſer. 1. Gail. 2. obſerv. 73. Guido Papa deciſio. 493. Conſt. Aug. Elect. p. 2. conſt. 28. Iohan. Copus deciſ. 2. & 5. Vaſquinius 1. controverſ. 2. n. 7. Bartholt. ad c. 1. quæ ſint regalia n. 58. Zangrnus p. 3. de except. n. 38. Molina. de uſur. contr. q. 92. uſque ad 100. de qua quaſtione ſingulatim diſputat Antonius Faber de var. num. debit ſolut. Adde Virgil. Pingizer. quaſt. ſaxon. 40.* Poſtremo Principi ſemper ante oculos ſit poſitum. Videat Princeps, ne Reſp. aliquid detrimenti in nummis capiat.

Et hæc DEI beneficio de Nummis atque re nummariâ, filo & ſtylo Politico tradidiſſe ſatis ſit, ubi tantum ea, quæ genuino & legitimo ordine quantum pote, niſi fallor, pertractavimus. Interim bone Lector, candoris tui cenſioni totum quicquid eſt committo. Quod ſi defectum aut errorem perſentias, mone me quæſo, lapſui me obnoxium eſſe agnoſco, & emendationi facilem fore profiteor.

Vale & me Reip. & tibi faventem ama. Ex Muſæo noſtro Torgæ die 15. Iulii Anno 604. Qua Deus Opt. Max. me ex graviſſimo morbo ſanitati priſtinæ aliquantillũ reſtitui;, ut illa die ultimam manũ huic opuſculo admovere poſſem, quod alias innumeris impedimentis publicis & privatis interruptum fuit, & deſulteriâ penè operâ confectum. Quâ de causâ etiam defectus ſui veniam facilius merebitur.

Τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα ἐν ὑψίςοις.

ERRATA.

Notet Lector ac ea quæ forte fortuna advertimus ſic reſtituat pag.48. lin.32. pro acſcheidt *leg.* abſcheidt. *pag.56. lin.6.* aquam æſtim. *leg.* æquam æſtim. *p.64. lin. ult.* Iob. Matthuſ. *leg.* Joh. Mattheſ. *pag.85. lin.33.* Aæs fabric. *leg.* Aræs fabr. *p.71. lin. ult.* ipſius vidi. *leg.* ipſus vidi. *p.87. lin.18. in germ.* daß ſie die leute vmb das gelt auß dem Landt bringen / *leg. ac tria omiſſa vocabula reſtitue,* daß ſie die leute vmb das gelt / vnd das gelt auß dem Landt bringen. *Si quid præterea occurras, boni conſulas rogamus.*

SERIES

SERIES CAPITVM LIBRI PRIMI.

I.

De notatione & Synonymis Numi fol.25

II.

De definitione & diuiſione Nummi, qui Verus & Quaſi 28

III.

De efficiente Nummorum, id eſt, de eo, qui ius monetæ habet 31

IV.

De fine & uſu Nummi, cur in Republica neceſſarius 35

V.

De materia Nummorum genuina & ordinaria, auro, argento, utriuſque pretio & ære 41

VI.

De miſtione metallorum in Nummis 45

VII.

De forma Nummi, valore publico, & ſpeciatim de pondere 48

IIX.

De charactere Nummi 51

IX.

De æſtimio Nummorum 55

X.

De quantitate, figura, aliisq; Nummi adiunctis 57

XI.

De ſectione & differentiis Nummorum, & qua proportione inter ſeſe invicem aurei & argentei cudi debeant 60

XII.

De probatione & autoritate Nummi, id eſt, quid ſit verus, probus & publicus Nummus; Et cujus ſit in converſatione civili 63

XIII.

De arte & modis fabricandi monetam Officiis, Magiſtris & Miniſtris monetariis 65

XIV.
De Quaſi Nummo: materia extraordinaria formaque imperfecti-
ori 69

XV.
De Nummis alienis Anteceſſorum & cæterorum Principum aſſu-
mendis 71

SERIES LIBRI SECVNDI.

I.
Quomodo Nummi conſerventur 76

II.
De adulteratione materiæ Nummorum 78

III.
De amiſſione Monetarum 81

IV.
Quibus modis corruptioni præveniatur 83

V.
Quomodo amiſſione Nummorum caveatur 86

VI.
De pœnis Nummariis 91

VII.
De incremento Nummorum in Repub. parando 93

IIX.
De mutatione & ſublatione Nummorum 96

IX.
De mutatione & ſublatione monetæ in forma, quæ fit in pondere
charactere & æſtimio. 99

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM QVÆ CONTINENTVR IN HOC

Opuſculo De Nummis brevis & ſuccinctus, ubi prior numerus paginam, poſterior lineam deſignat.

A

Adiuncta nummorum quae 57.36
admittendi ſunt nummi certi 75.10
adulteratio monetæ 78.1
Adulterinus nummus 78.20
Æqua æſtimatio nummorum quæ 56.6
Æreus nummus non conſtans 44.24
Ærea pecunia prius in uſu fuit 44.36
Æris definitio 27.30
Æroſus nummus unde 78.10
Æs 25.14
Æs etiam præter aurum & argentum adhiberi ſolet ad nummos 44.19
Æs falſæ monetæ miſcetur 79.10
Æſtimatio nummorum 55.15
Æſtimatio rerum in pecunia numerata fieri poteſt 35.24
Amiſſio bonæ monetæ quomodo fiat 81.20
Amiſſioni nummorum quomodo caveatur 86.20
Annus tacite nummis imprimi debet 58.39
Antiqui eorum pecuniam in pecora ponebant 26.28
ἀπὸ τοῦ νόμου *nummus dictus 25.12*
Argentum 25.14
Argentum puriſſimum quod dicatur 46.22
Ars & modus fabricandi monetã 65.34
Ars naturam imitatur 94.28
Ariſtotelis definitio 30.28
Ariandicum argentum 46.13
Ariſtophanes interpres æris ſignati notã definit 30.30
Artificum monetalium ratio habenda. 68.30
Athalaricus Gothorum Rex 37.26
Athenienſes reprehenſi 74.36
Athenienſiũ nomiſma bonis effigie ſignatũ 54.13
Augmentum pecuniæ maximum damnũ 85.26
Authoritas nummi 55.13
Aurum 25.14
Aurum arte produci non poſſe quidam ſtatuunt 90.30
Aurum primaria & pretioſiſſima materies nummorum 43.26
Aurum puriſſimum quod dicatur 46.22
Aurum purum in Miſnia repertũ 94.9
αὐτοκράτωρ *32.38*

B

Beatitudo civilis 25.16
Beliſarius quo honore à Iuſtiniano habitus 53.1
Bona moneta quomodo amittetur 81.20
Bona naturalia quæ appellentur 25.20
Bonitas certa in nummis eſſe debet 74.20

O

Bractea ἀπὸ τῶ βραχεῖν 30.32

C

CAvendũ ſummo ſtudio ne adulteratio radices agat 89.13
Character ſeu figura quantitatis gratia imponitur 52.1
Character teſtis eſſe debet veritatis & juſtitia in moneta 52.6
Chartacei nummi ubi in uſu fuêre 71.42
Ciuilis res unde dicta 25.30
Commercium quod dicitur 30.11
Comœdiis exoticis cavendum 87.15
Conſtantinus Magnus 54.28
Cornices in tutela Junonis 27.26

D

DArius Rex Perſarum ex auro puriſſimo nummos percuſſit 46.5
De æſtimio nummorum 55.15
De charactere nummi 51.12
Defectus nummorum unde 81.40
Deficientia materiæ maturè proſpiciendũ 86.30
Definitio nummi 28.1
Definitio rei ciuilis & legitimæ 25.30
De miſtione metallorum in nummis 45.8
Depravatio bonæ monetæ 81.39
De valore publico nummi 48.38
δίδραχμον Athenienſium 54.13
Differentia nummorum 60.10
Diſtinctio nummi unde deſumatur 60.24
Diſtributio nummorum 60.1
Diverſa ſignificatio vocabuli νόμισμα 26.11
Dubius nummus unde 78.10

E

EFficiens nummi in quo 31.30
Electa materia 29.24
Emtio nulla ſine pretio eſſe poteſt 30.2
Ex auro minutiores nummi fieri non poſſunt 62.24
Ex orichalco areq; Indi nummos habuêre 21.8

F

FAbricationi quid inſerviat 93.30
Facienda moneta ars in tribus conſiſtit 66.8
Falſus nummus 28.14
Falſus nummus unde 78.0
Fictus nummus 28.16
Figura nummorum 57.35
Finis & uſus nummi cur in republica neceſſarius 35.12
Forma nummi 46.38
Forma ſit mutatio monetæ 98.36
Franciſcus Belle-Foreſtus 38.3
Fuſio antiquis in uſu fuit 66.30

G

GEnuina materia nummorum 41.8
Georgius Agricola 30.30

H

HOmo animal politicum 36.6
Homines quidquid in terrâ poſſidẽt, pecunia vocatur 26.22
Hermani Vulteii definitio nummorum 30.42

I

IMperfectus nummus 28.16
Incrementum nummorum 93.1
Indi nummorum uſum non nouêre 39.26
Indubium ad vitam Politicam opus 25.17
Inſtrumentum permutandi diuitias naturales 30.25
Inſtrumentum quo naturalia bona parantur 25.40
Jus cudendi ad quem ſpectet 31.36
Jus emendi & vendendi 30.12

L

LEgitima res unde dicta 25.30
Legum poteſtas nummum complectitur 32.36
Lex certa & bonitas in omnibus nummis eſſe debet 74.20
Lex tacita 26.5
Lucullejus nummus 34.8

Machia-

M

MAchiavellus 39.10
Magiſtratus monetarii ordinandi 69.11
Majores nummi ex auro eſſe debent 60.31
Malus nummus 28.24
Marquardi Freheri definitio nummorum 31.3
Materia mutata fit mutatio moneta 98.36
Materia deficientia maturè proſpiciendum 86.30
Materies 28.28
Martialis Epigramma 38.12
Medium permutandi divitias naturales aquivalens 30.29
Metallorum miſtio in Nummis 45.8
Minimi nummi ex ære tantum eſſe debent 60.34
Minutiores nummi ex argento eſſe debent ibid.31
Modus fabricandi monetam 65.34
Modus percutiendi nummos in omnibus rebusp. 67.21
Moneta 25.14
Moneta bona quomodo amittetur 81.20
Moneta à monendo 27.4
Moneta violatur 80.15
Monetalium officinarum & artificum ratio habenda 68.30
Monetarii Iuriſconſultis qui dicantur 27.16
Monetarii magiſtratus ordinandi 69.11
Müntze vel Müntze unde dictum 27.20
Mutatio nummorum 96.24

N

NAturalia quæ appellantur bona 25.20
Neceſſitas commerciorum alienos nummos aſſumendos cogit 75.8
Nemo cum alterius damno locupletari debet 38.15
Nemo privatorum æſtimationem augeat vel minuat 77.35
Non natura ſed lege conſtat nummus 94.24
Nomen nummi 57.40
Nomina rebus convenire debent 25.40
Nomina varia nummorum 59.30
Nomiſma Athenienſium bonis effigie ſignatum 54.13
Nomiſma non à natura ſed à lege 26.3
νομίζειν 26.1
Notatio nummi 25.32
Nummorum amiſſioni quomodo caveatur 86.20
Nummus ἀπὸ τ̃ νόμου 25.12
Nummus fictus & imperfectus quis 28.16
Nummi minutiores quare eſſe debeant 61.3
Nummus non natura ſed lege conſtat 19.25
Nummus & numus utrumque rectè 26.17
Nummus verus vel quaſi verus quis 31.14
Nummum à Numa Pompilius deducit 26.14
Nummum nummis permutari poſſe, non eſt dubium 40.15
Nunquid magis expediat percuti nummos, quam fundi 66.32

O

OFficinarum monetalium ratio adhibenda 68.30
Officium Politici quod 64.32
Olla fortuna non admittenda 87.10
Omne aurum ſeruandum 88.9
ὀνόμισμα 26.6
Ordinaria materia nummorum 41.8

P

ΠΑὐτοχέτωρ 32.38
Peçunia 2.13
Pecunia à pecude 26.32

Pecunia augmentum nocet 85. 29
Pennig vel Pfennig unde vox dicta 26. 41
Percuſſi nummi ne amittantur 86.31
Percuſſio cur ſuffecta fuſione 66.30
Picus Mirandulanus 42.38
Politicus de quibus ſollicitus eſſe debeat 25.28
Pompilius nummum à Numa derivat 26.14
Pondus in Numiſmate 50.12
Pondus nummorum quale 48.38
Pœna nummaria 91.1
Præſumtio fidei & veritatis alia in publica quam privata 32.30
Præter Magiſtratus quis monetam faciat 77.35
Principes perſpicere debent ne in nummis cudendis dignitatem minuant 55 4
Principi non eſt licitum pro libitu monetas cudere 42.8
Principis eſt non ſaltem novos cudere nũmos verum etiam percuſſos confirmare 74.10
Priſcum δίδραχμον Athenienſium 54.13
Probitas nummi 63.15
Proditores ſunt conſtituendi 87.36
Proportio argenti & auri 43.37
Proportiones nummorum 60.12
Proverbium de fraude & dolo Theſſalorum 26.13
Publico charactere ſignandus eſt nummus 51.13
Publicus nummus quid ſit 63.15

Q

QVaſi nummus quis ſit 69.29
Quantitas nummorum 57.15
Quis primus nummos invenerit & paraſſent 34.38
Quibus modis corruptioni nummorum praveniatur 85.36
Quomodo nummi conſerventur 76.8

R

REgius nummus ab effectrice 19.1
Reipublica expedit varios nummos habere 60.42
Res civilis unde dicta 25.29
Res civilis in republica neceſſaria 25.12
Res nummaria ubi conſiſtat 32 1
Romani nummos areos habuêre 44.26
Reprobus nummus unde 38.10
Reprobus nummus 28,14

S

SAlomonis tempore maxima fuit copia auri 43.17
Salus populi 84.30
Schlegelſchatz 46.40
Scipio Ammiratus 39.11
Sectio nummorum 60.1
Servius Rex prius are ſignavit nummos 49.37
Sidus ſacer 56.12
Sine naturalia bona homo vivere non poteſt 25.21
Specialius pecunia ſignificat tantum ea quæ pondere, numero &c: conſtant 26. 14
Sublatio nummorum 96.24
Subſtantia emptionis conſiſtit in pretio 30. 3
Synonyma nummi 25.12

T

THeſſalicum nomiſma 26.12
Tragœdiis exoticis cavendum 87.15
Tribus modis aurum invenitur 94.12
Triplici modo nummi depravantur 29. 41

V

VAlor publicus 29.8
Varia materies olim adhibita ad formam nummi recipiendam 28.30
Varia nomina nummorum 59.30
Varios nummos haberi reipub. expedit 60 12
Venditio omnium rerum recte fit 30.20

Vena

Vena auri rariores 94.8
Verus nummus pondere &c. perficitur 72.38
Verus nummus quis 28.12
Verus & Publius nummus quid ſit 63.15
Veſpaſianus aurum & argentum ſua effigie ſignari curauit 52.24
Vilius argentum eſt auro 43.2
Vſus nummorum quomodo minuatur 81.20
Vſus nummi cur in Repub. neceſſarius 35.12

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XVIII
D 30

BIBLI
Vitto
X